UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Homilia XLIII. De Negatione Et Lacrymis D. Petri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53092

Visual Library

*timuit Petrus de Simône Mago.*

§. 26. Egreſſus foras Petrus. *Attende in Petro exemplar pœnitentiæ : fuerunt eius lacrymæ aquæ Iordanis , & gallus id quod anſeres Romæ.*

§. 27. Cœpit flere. *Non deſtitit Petrus à ploratu vt faciunt peccatores : ſimiles canibus , & loti denuo cadauer contingunt.*

§. 28. *Quod aduertimus in Chriſto moriente , & reſurgente quo humanam prodit infirmitatem , & virtutem teſtatur diuinam : idem in D. Petro inſigni myſterio conſiderandum.*

# HOMILIA XLIII.
## DE NEGATIONE
## ET LACRYMIS D. PETRI.
### Feria tertia Hebdomadæ Sanctæ.

*Et conuerſus Dominus reſpexit Petrum & recordatus eſt Petrus verbi Domini ſicut dixerat , quia priuſquam gallus cantet , ter me negabis , & egreſſus foras Petrus fleuit amarè.* Luc. 22.

¶. 1 DISPOSITIONI hoc adſcribẽdum diuinæ, quòd Chriſto Domino noſtro toto Paſſionis ſuæ decurſu , cum immanis adeo tamen eſſet , vt nec vna ſanctiſſimi corporis ſui pars intacta illæſaque relinqueretur ; tamque frequenter & grauiter ipſe collapſus fuerit , verbera ferocia duroſque pertulerit clauos : illi tamen nec minimum quidem os comminueretur ; & hæc adeo conuenienter decreta fuerint vt notatore D. Ioan. illa Deus bis millenis annis preuenerit, & prædecreuerit, mandando ne agno Paſchali , qui Chriſti figuram præferebat , os aliquod confringeretur : *Os non comminuetis ex eo* : Quo oſtenderet ne atomo quidum diffractam, vel diminutã fuiſſe in Chriſto diuinam ſuam virtutem & fortitudinem, per os deſignatam ; ſed quòd tam potens Deus fuerit , fortiſſimis hoſtium ſuorum funibus conſtrictus, imò manibus, pedibuſque clauis in cruce confixis, vt modo regnat in cœlo fortiſſimus. Ad huius confirmationem nonnulla opera edidit , vt ea quæ notat appoſitè noſter Cardina. Caietan. cùm enim iam caperetur , imò captus eſſet, manuſq; haberet ligaras, & D. Petrus auriculam Malcho præſcidiſſet , illas tamen extenderit , & præciſam arripiens auriculam, illam reparauerit ſolo ſuo contactu, ſic vt eum nec quælibet vincula, funeſque potuerint impedire: *Cum tetigiſſet auriculam eius ſanauit eum.* Quibus annectit Caietan. *Tactu autem ſanat , ne putaretur carnem eius perdidiſſe virtutem curandi tempore paſſionis.* Hoc clarè probauit in Apoſtolo Petro: cum enim in præceps rueret negationibus, periuriis, maledictionibus , execrationibus, & anathematiſmis , vſque dum in miſerrimam caderet abyſſum tenebrarum : ſolo oculorum intuitu illum ita colluſtrauit, vt de illis eduxerit ; & potiori iure dicere potuerit quàm Dauid : *Eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fœcis.*

Exod. 12. 46.

Cum autem hoc inter cetera ſuæ Paſſionis acta maiori ſit conſideratione dignũm , omnes quatuor Euangeliſtæ litteris illud commendarunt, & rationi conſonum eſſet, vt illud quoque nos in particulari perpenderemus , & modo de illo tractaremus. Diuinus ille ſol claram adeo diffudit lucem , vt in terra exortus, & iam tormentis Eclipſim paſſus ſaluis ſpotiſque obnubilatus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſitam, vnico oculorum ſuorum intuitu cordi locum infuderit illius qui timore mortis nimio tenebris obſcurioribus illud tenebris merſerat, quàm Ægyptus adeò teſtraga pertulerat: nunc ſerenus, totaque lucis ſuæ præfulgens, regnans in cœlo, illam nobis miſericors communicet, quibus oculi nobis illuminentur; hoc autem indubitanter efficiet, ſi illam mediante Matre Virginis Maria poſtulemus, eam ſalutãtes. *Aue Maria.*

§. 1. ***Mala permittit Deus ad multorum frugem bonorum, meſſemque colligit de ſemente diaboli: nunc benè dicimus, quòd de petra oleum eduxerit.***

1 Diſputat D. Auguſt. & ingenij ſui acumine quandam ventilat difficultatem, quàm aliquot centuriis annorum illo prior obiecerat D. Petrus infami illi præſtigiatori Simoni Mago referente D. Clemente: quare Deus ſi mundi habenas moderetur tanta permittit in orbe culpæ pœnæque mala? Quilibet gubernator ex officio tenetur quantum poteſt omnia Reipublicæ dãna diuertere, quæ deſtruunt illam ſuntque pernicioſa bono communi eiuſdem ſpirituali vel temporali: quod ſi hoc minimè facit, illi vel volũtas deeſt vel poſſibilitas: ſi quia non poteſt, deficit illi potentia; ſi quia non vult, deficit illi bonitas. Deo nec potentia deeſt, eſt enim omnipotens omniaque poteſt mundi mala damnaque auertere, & impedire ne fiant: ſed nec illi bonitas deficit: eſt etenim infinitè bonus: et quid igitur illa minimè præpedit? Imò potius tot tantaque qualibet videmus occaſione, vt aliud non tangamus, aliis non occurramus, nec aliud experiamur quàm mala temporalia, peſtem, famem, bella, quibus mũdus conſumitur: & non niſi damna lugeamus ſpiritualia, homicidia, adulteria, furta ſibi inuicem occurrentia, vt Ose. 4. ait vates Oſee: *Maledictum & mandacium, & homicidium & furtum & adulterium inundauerunt.* Si *Deus mundum gubernat* (argumentabatur ille Simon Magus) *vnde malum?* Quia ſi voluntati non ſecundet poteſtas, vt ſolet terrenis hiſce Gubernatoribus, non eſt omnipotens: ſi vero poteſtati refragetur voluntas, deficit in eo quod muneris eſt præclari Gubernatoris, & poteſt conuinci ſocordiæ, vt hortulanus meritò reprehenditur, ſi cum noxias malaſque poſſit herbas exſtirpare, earumque de horto radices euellere, non tamen facere conaretur.

Ratio hæc Manichæis hæreticis ita fortis &
irrefragabilis viſa eſt, vt legimus apud Auguſt. *Li. de na-*
ut nullam huic inuenientes ſolutionem, ne Dei *tura bom.*
negarent omnipotentiam, nec bonitati deroga- *cont. Ma-*
rent, nec negligentiam in illo concederent & *nich. c. 3.*
ſocordiam: in hoc tam graue corruerunt inſipientiæ præcipitium, vt Deo mundi huius negarint gubernationem, illam verò libentiùs diabolo aſſignarint, quòd ita iudicarent eo quod omnia ſic in illo ſuccedant & diſponantur tanta rerum perturbatione & confuſione; vt bene de illo dixerit, qui conſideratis omnibus veridi-
cam hanc effatus eſt propoſitionem: *Totus mun-* 1. *Ioan.* 5.
*dus in maligno poſitus eſt.* Vrget argumentũ for- 18.
tiùs D. Aug. additq; aliam difficultatem. Vt quid II.
patitur Deus Sanctorum multos in peccata rue- Argumẽ-
re grauiora, & enormiora? Quis pater inuenitur, tum obii-
qui filium manu ducens per ſcopulos & præci- cit.
pitia, per loca lutoſa & periculoſa, cum poſſit D. Avg.
illum, ne cadat, ſuſtinere, patitur illum in præceps labi & in gyrum deorſum ita volui, vt illi membra luxentur, vel luto cœnoque ad os vſque immergatur, licet illi facile foret inde ſaluum illum eripere? Sancti filij ſunt Dei, ſua deducit illos manu, per hæc varia mundi itinera, plena præcipitiis, & laqueis vitiorum, ſcelerumq; technis: hinc ſinguli eorum, qui beatitudine perfruuntur æterna cum Dauide Deo laudes con-
cinũt gratiarum. *Tenuiſti manum dexterã meam,* Pſ. 72. 24.
*& in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me.* Qua igitur ex ratione multos eorũ labi ſinit in præcipitia peccatorum? de vno in aliud; & in lutoſa, fœtida execranda loca vitiorũ? Dauid ſit nobis exemplo, quomodo ruere permiſit illum in prærupta culparum, vt de vna in alteram laberetur? ex parua in videndo imprudentia, quâ mulierem adamauit illicitè alienam, in adulterium quod cum illa ſcortator admiſit, exinde in fraudem quâ conatus eſt irretire, & reipſa irretiuit Vriam, ficto illum aduocans ſtratagemate: poſt hæc deſiderans eum interficere, necemque machinatus, fraudulentam: vlterius proditoriè nimis mittens illum doloſis circumuentum litteris, velut agnum ad lanienã, & propriæ mortis creans executorem: huic diſcrimini totum exponens exercitum, vt realiter cladem pertulit non contemnendam, prætermitto populi ſcandalum, nec hic pedem fixit, donec in profundum corruerit præcipitium, quod ipſemet locum vocat miſeriarum, lutumque fœti-
diſſimum. *Lacum miſeriæ, & lutum fæcis:* & qui- Pſ. 39. 9.
dem tantum, vt niſi Deus brachium extendiſſet, manumque porrexiſſet omnipotentem, manſiſ-
ſet illic perditus in æternum: *Niſi quia Dominus* Pſ. 39. 17.
*adiuuit,*

*adiuuit me, paulo minus habitaſſet in inferno anima mea:*

In quem lacum tam obſcurum infidelitatis adeo pertinacis labi permiſit Apoſtolũ D. Thomam, vt affirmantibus fidem non adhibeat qui Chriſtum viderant reſuſcitatum, nec ipſis Apoſtolis velut teſtibus oculatis idem aſſeuerãtibus: imò & ipſi cœlorum Reginæ, & SS Mariis fidem ſuadentibus reſpõdit contumax ſe non crediturum, licet ipſum oculis ſuis intueretur, niſi pariter manuũ digitos foraminibus imponeret, propriaque manu lateris tangeret aperturã: adeo vt ſi Dominus ipſe in propria perſona non veniſſet, ſeque illi ſpectandum obtuliſſet illi quantum poterat indulgens, nullum fuiſſet ſalutis animæ eius remedium? An ergo Domine potentiſſime congruentius non fuiſſet manu illos filios tuos ſuffulcires, ne in tam horrendos mortaleſque caſus proni laberentur.

☞ 3. III. Alia obiectio de caſu D. Petri.

Vt autem citius ad noſtrum reuertamur intentum: quamobrem permiſiſti vt dilectus tuus Apoſtolus, collegij tui primicerius electus ad fundamentalem Eccleſiæ tuæ lapidem, cui paulo ante commendaſti, vt ſuſtineret & confirmaret vacillantes, expoſitoſq; periculo, lapſu rueret adeo enormi, & in lubricum tã inæ negationis laberetur de via ad aliam; de timore ad negationem, de negatione ad periurium, inde ad anathematiſmum, tanto ſui detrimento, tantaq; tuæ dignitatis ignominia? Architecte ſapientiſſime qui terram tanta fundaſti ſoliditate conſtantem, vt quia homines in eã pedes ſuos erant fixuri, non ſineres, vt fundamẽtum, ſuper quo illam fundaueras, vel pũcto quidem moueretur aut vacillaret: nam idcircò tuos cecinit pſalmographus: *Fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſæculum ſæculi.* Quomodo tuam fundans conſtantiori ſoliditate Eccleſiam, in qua ſecuri forent fidelium pedes, quorum nomine idem canebat Pſalmiſta: *Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Hieruſalem*, permiſiſti vt lapis fundamentalis de fundamẽto ſuæ confeſſionis tutiſſimo, in quo illũ fũdaſti, colliſus laberetur? Et vni & alteri reſpondet D. Aug. dicens ſumma Deus gubernans mundũ prouidentiã ſicut illũ moderatur, patitur in eo mala ad ipſius mundi vtilitatem: etenim cum omnia poſſet tollere, atque impedire; eſt tamen talis eius vis omnipotentiæ, vt de iſtis malis inſigniora eliciat bona ipſi mundo, quàm ſi ea minimè fieri pateretur: *Neque enim Deus omnipotens* (ſic ipſe) *cum ſummè bonus ſit, vllo modo fineret mali eſſe aliquid in operibus ſuis, niſi vſque adeo eſſet omnipotens & bonus, vt bene-*

IV. Reſpondet D. Auguſti.

*faceret etiam de malo.*

Eandem doctrinam confirmat D. Hieron. exemplis, argumentum ſumens ex Epiſtola D. Pauli ſcripta familiari ſuo Philemoni, quem duobus ſalutat honorificè titulis, quos expendit D. Chryſoſtom. illum inſcribens: *Dilectiſſimo & cooperatori noſtro*, & Appiæ, quam opinatur D. Chryſoſt. præfati fuiſſe coniugem, eamque ſic compellat: *Et Appiæ ſorori chariſſimæ*; Eo quod ab illis ſeruus effugiſſet Oneſimus, qui quaſi fugitiuus Romam venerat, vbi D. Paulus tenebatur in vinculis, & Deo ſic cuncta diſponente, factum eſt, vt eius audiens doctrinam, ad fidem conuerſus ſit Catholicam, tantaque ceteris præfulſit vitæ ſanctitate, vt Apoſtolus eum ſibi ſocium adoptare voluerit, quatenus illi in pias ſeruiret promptè miniſteriis: *Quem ego volueram mecum detinere, vt pro te miniſtraret mihi in vinculis Euangelij.* Voluit attamen magis debito ſatisfacere iuſtitiæ, illum Domino ſuo remittendo cui ſeruierat. Litteras illi ſcribit, veniam rogans quòd ab eo fugiſſet: præcipuum autem pro eo hoc profert argumentum expendens, ſiquidem indubiè malè feceerit fugam ineundo, & ſeipſum Domini ſui poteſtati ſuffurando, porrò malum hoc permittente Deo ſic factum, vt ex ipſo & pro ipſo bona eliceret non exigua: nam ex hoc talia produxit bona Oneſimo, vt ipſe luce fidei Euangelicæ illuminaretur, factus ex infideli fidelis, & Dominis, vt per hoc iam illi poſſent fidere ſecuriùs vtpote iam à Deo illuminato, & ab Apoſtolo plurimum dilecto. Diſce quamobrem Deus ſerui huius fugam permiſerit: etenim in more habet Deus, vt credo D. Hieronymo, mala permittere non exigua, vt inde bona eliciat inſigniora: *Nonnumquam malum occaſio fit bonorum. & hominum praua conſilia Deus vertit ad rectum.*

Liquido docet hoc nos (inquit) hiſtoria Ioſeph. Vendiderunt illum fratres Iſmaelitis viginti argenteis, à quibus ductus eſt in Ægyptum, vbi falsò à propria domina vocatus in crimen adulterij, conijcitur in carcerem, vinculiſque conſtringitur: porrò tanta Deus inde bona ad eius honorem elicuit, vt idem medium, quo fratres vſi ſunt contra Ioſeph, vt eum perderent inuerterit Deus, præclaros inde educens euentus, ad inſignem eiuſdem Ioſeph celſitudinem, Deique gloriam: ſic iiſdem ſuis ipſe exponit frotribus: *Vos cogitaſtis de me malum, ſed Deus vertit illud in bonum.* Tale namque eſt brachij eius illius robur vt eas ipſas improborum aſſumat cogitationes & intentiones peruerſas, vt ſanctiſ-

ſimas

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſitas ſuas perficiat cogitationes, & dextera completa ſapientiſſima.

Præſens occurrit nobis hac hebdomada mors
VII. & Paſſio Redemptoris: permiſit autem Deus vt tantum in hoc mundo fieret piaculum, crimen tam horrendum, facinus adeo deteſtandum quatenus ipſius Filij Dei homicidium, vt nullus eſſe poſſit actus illi nequitia comparandus: ceterum permiſit hoc fieri Deus, quia inde omnis boni ſumpſit occaſionem, hominis reconciliationem, mundique vt diximus, die Veneris Redemptionem. Eam ob cauſam graues in electis ſuis caſus vtique permiſit: quia ex illis inſigniora pro ipſis bona erat educturus totique Eccleſiæ ſuæ profutura, quàm ſi conſtanti illos ita ſanctitate ſeruaſſet, vt ſemper in illa ſtetiſſent immobiles. Et quamuis vt verum credimus quod D. Paulus docet, non eſſe facienda mala vt eueniant bona, nec etiam minimum peccatum veniale, ad ſalutem vitamq; totius vniuerſi, ſed nec quidẽ vnicum mendacium officioſum ore proferendum, vt appoſitè probat D. Aug. in duobus libris pro huius confirmatione conſcriptis: porrò ad ſapientem ſpectat Gubernatorem aliquando mala etiam grauia in Republicis permittere ſi de illis præclariora pro eius incolumitate ſit bona producturus. Hoc agit Deus cuius conditionẽ ele-
VIII. ganter exprimit quidam illius œconomus vel negotiator, dicens cum ita lucro inſtare, vt metat vbi non ſeminauit: *Metis vbi non ſeminaſti*: de aliena Domine mi, ſemente, tuam colligis meſſem abundantem. Quid ergo? furatur Deus rapitque alienum? Nequaquam, ſed per hoc ſublimem declarat Theologiam. Peccatum mortale ſemen eſt malorum, nedum temporalium, ſed inſuper æternorum. *Radix germinans fel & amaritudinem* appellat illud Moyſes. De eo loquitur Spiritus S. quando te monet. *Fili non ſemines mala in ſulcis iniuſtitiæ, & non metes ea in ſeptuplum.* Qualcumque pœnas & tormenta damnati patiuntur, & in æternum patientur huius eſt meſſis ſementis maledictæ. Non illam Deus ſeminat: quia nedum non facit peccatum, ſed nec poteſt facere: *Sine ipſo factum eſt nihil*, aſſerit Aquilaris Euangeliſta D. Ioan. Nihil, interpretatur D. Auguſt. eſt peccatum: Cum omnia
IX. omnipotens Dei manus perficiat: *Omnia per ipſum facta ſunt*, non tamen eo vſque ſe extẽdit, vt peccatum faciat, ſed ipſe homo hoc cõmittit: de cuius peruerſa voluntate per diabolum excitata, ſuaque propria concupiſcentia velut de cauſa propria & principio procedit. Nihilominus tanta eſt eius omnipotentia, vt ex hoc malo ſemine, quod ipſe non ſeminauit, meſſem colligat diuitem & abundantem: etenim de quàm plurimis peccatis quæ mortales commiſerunt, bona collegit ipſe bonus infinita.

Ecce, notat D. Gregorg. quàm pernitioſam ſeminauit D. Thomas Apoſtolus infidelitatẽ circa Domini Reſurrectionem, illi tam pertinaciter & obſtipè recalcitrans vt nec ipſis oculatis teſtibus, aurem præbere voluerit, & cuilibet quod illi dicebatur, refragabatur verbis his vt paucis ita contumacibus: *Non credam.* Grande malum, ſementis perditionis: hinc porrò Dominus meſſem eduxit, quâ nulla copioſior confirmationis fidei ſuæ Reſurrectionis, vt ſuã in ea firmiùs ſolidaret Eccleſiam, fideleſque omnes confirmaret: etenim per hoc luce clariùs manifeſtatur, quod hoc myſterium non creditum fuerit niſi præuia diſcuſſione, & confirmatione, ſed quod ita euidentem illam reddidit D. Thomas, vt oculos, digitos, manuſque illi infixerit. Verba profero D. Gregorij: *Egit miro modo ſuperna clementia vt diſcipulus ille dubitans dum in Magiſtro ſuo vulnera palparet carnis in nobis ſanaret vulnera infidelitatis plus enim nobis Thomæ infidelitas ad fidem quàm fides diſcipulorum credentium profuit; quia dum ille ad fidem palpando reducitur, noſtra mens omni dubitatione poſtpoſita in fide ſolidatur.* Et quamuis hoc aliis liceret exemplis proſequi, diſcutiamus illud quod præ manibus habemus, triſtemque D. Petri caſum inſpiciamus, de quo D. X.
Ambr. idem ſentit quod D. Greg. de D. Thoma: Item in
*Petri titubatio noſtra eſt fortitudo*: & congruenter D. Petro.
adduci poteſt hic Moyſes potiori ratione de hac D. AMB.
petra proferens quàm de veteri Iudæorũ. *Eduxit In c.22.*
*mel de petra oleumq; de ſaxo duriſſimo.* De hac fri- *Luc.*
gida, & timore cõgelata petra, quinimò trina ne- *de nega-*
gatione obdurata, mel eduxit Eccleſiæ ſuauiſſi- *tione Pe-*
mũ & oleum ſanandis noſtris vulneribus fractu- *tri* 7.3.
ris noſtris reparandis, tenebriſq; illuminãdis ef- *Deut.32.*
ficaciſſimum. Plurimas eaſq; inſignes adducit D. 13.
Amb rationes: cur Deus permiſerit Dauidem in „ X.
tam enorme labi peccatũ adulterij; porrò ſingu- „ Nec
lariter hanc expẽdit: *Vt nos doceret quemadmodũ* „ non in
*admiſſum poſſimus operire peccatũ, forte vilis* (in- „ Dauid.
quit) *cauſa alicui videtur, vt propter noſtram cor-* „ D. AM.
*rectionem tantus erraret Propheta.* Qui ſic opina- „ *Apol.1.*
tur, ignorat quãtopere Deus noſtræ ſtudeat vti- „ *de Da-*
litati, atq; deſideret vt ad meliorem vitæ frugem „ *uid.c.2.*
flagitioſi conuertantur. Quænam non acta legi- „ *Tom.1.*
mus in vet. teſtamento? Quot populi ſui clades? „
Quot ſerpentes? Quot vulnera? Et aduertendum „
quod addit Apo. *Hæc omnia in figura cõtingebant* „ 1. Cor.
*illis: ſcripta ſunt autem ad correptionẽ noſtrã.* Dixit „ 10.11.

II. Chriſtus in ſerpẽte æneo peccatoris figuram exprimit.

hoc Apoſtolus hiſtoriam commemorans de ſerpentibus, qui veneno turgidi mordebant Hebræos, quorum ictibus demorſi præ rabie moriebantur. Ad cuius infirmitatis remedium erectus eſt ſerpens æneus: quo demõſtratur nullum eſſe peccatoribus remedium, niſi Dei filium in ſimilitudine ſerpentis: etenim ad peccatorum remiſſionem factus eſt Filius Dei peccatum, vt ait Apoſtolus, nõ quòd ille peccauerit, ſed quòd figuram aſſumpſerit peccatoris, ſibiq; cuncta impoſuerit peccata ipſe innocens & impollutus; *Hæc autem in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram. In figura æneus ſerpens, tamquam confixus cruci: quia verus ſerpens crucifigendus generi annuntiabatur humano, qui ſerpentis diaboli venena vacuaret, in figura maledictus, in veritate autem qui totius mundi maledicta deleres.* Permiſit in ſe tantum caſum quantum potuit: non poterat cadere in peccatum, ſed cecidit in figuram & maledictionem peccati, illam in ſe aſſumendo, & hoc ad correptionem noſtram. Quid miramur, quòd electos ſuos ad eandem intentionem cadere permittat? Vt nos ex eorum lapſibus maiores in eius amicitia progreſſus faciamus.

§. 2. *Poſuit Chriſtus D. Petrum & D. Paulum ſicut Salomon columnas Iachin & Booz, quibus in peccatoribus ſpem excitet indulgentiæ.*

☞ 5 *Epiſt. 149. ad Marcel.*

I. Caſus D. Petri fiduciam excitat indulgentiæ.

ADmiranda bona ſunt & commoda, quæ ſancti reperiút à Deo colligi ex trina hac Petri negatione. Primo D. Hieron. inuenit ex hac petra Deum eduxiſſe mel fiduciæ peccatoribus ſuauiſſimum, nam per illam intelligunt, quod quantumuis grauia ſint & enormia multaque ſua ſcelera, remedium habeant efficaciſſimum per lacrymas veramque pœnitentiam: vt nedum illorum integram obtineant remiſſionem, offenſarum indulgẽtiam, ſed inſuper amiſſam recipiant gratiam, imò ad gradum meriti conſcendant altiorem, quam ex quo per peccatum deciderant. Hanc Chriſtus Dominus fiduciam dederat, & verbis hiſce perſuaſerat: *Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum.* Confirmauit, autem hoc appoſitè parabola filij prodigi: qui licet paternis contumax exceſſiſſet laribus Patri iniurius, opum dilapidator, reuerſus tamen domum, veniamque cernuus deprecatus, ab eo in veterem receptus fuit amicitiam, pretioſis nouiſque indutus veſtimentis,

Matt. 4. 17

conuiuio exceptus opiparo, tantaque mentis & corporis alacritate ac muſica, vt nullam ſic oſten diſſet, ſi obediens Patri domi remanſiſſet; ſicut nec obedienti morigeroque præſtitit filio, paternis ædibus numquam egreſſo, ſic ad nutum illi ſeruienti, vt verè dicere potuerit: Numquam mandatum tuum præterivi. Quia verò ſcirem obiicere, ait D. Chryſoſt. hanc, ſolùm eſſe parabolam factamque hiſtoriam tuis acclamatam auribus: exempla ſubiecit oculis tuis ſpectabilia, peccatores receptos in gratiam, & deinde gratiæ ſublimatos eminentiſſimis: *Vide Latronem in paradiſo, publicanum fecit Euangeliſtam, blaſphemum Paulum orbis Apoſtolum.* Nominatim autem exẽplum attende præſens, inquit D. Hieronym. *Vt exemplo Petri intelligeremus, quanta ſit virtus pœnitentiæ per quã non ſolum veniam conſequi, ſed etiam maiorẽ dignitatem recuperare, aut obtinere poſſemus.* Ne te ſcelerũ tuorũ magnitudo perterreat: quæ Petrus grauia cõmiſerit, attende.

Iudicauit David vt ſupremam contra ſe offenſam, negationem ſeu detractionẽ illius quem vt amicum habuerat, fouerat, menſæq; ſuæ conuiuam adhibuerat: *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique. & ſi is qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo. Tu verò homo vnanimis dux meus & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum conſenſu.* Verba ſunt hæc quæ Chriſtus, Dominus noſter, vt Iudæ proditoris ſacrilegam exaggeraret iniquitatem, repetiit: & ſi quid, veriſſimè proferre poteſt, atque de D. Petro has querelas expromere: Quod me negauerint inimici, meoque nomini iniurioſè detraxerint, & confiteri me Meſſiam eſſe recuſauerint: malum fuit: porrò non hoc ita moleſtè fero: erant etenim fatales mihi inimici: *Odio habuerunt me gratis.* Tu verò, *Dux meus*, amicus mihi integerrimus, mei exercitus Dux generalis, & totius populi antesignanus, mihi Vicarius: *Notus meus*: tu cognitus mihi & ego tibi: vt te non modicè efferres quod me cognoſceres, diceres que mihi: *Ego dico tibi: quia tu es Chriſtus Filius Dei viui.* Et ego tibi reciprocè: *Ego dico tibi: quia tu es Petrus.* Tu ille meæ perpetuus menſæ conuiua: *Dulces mecum capiebas cibos*: quando ipſum tibi corpus meum in cibum dedi, & ſanguinem meum in potum ferculum illud omni manna ſapidius. Tu ille mihi collateralis, mei nominis confeſſor inclytus, & ego tui nominis exaltator illuſtriſſimus: cum enim mihi diceres meæ præco diuinitatis: *Ego dico tibi quia tu es Chriſtus Filius Dei viui*: Ego tibi & præconium

Ego

*Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petrã* &c. Tu ille qui mori mecũ tam aſſeueranter poſſe & velle pollicetis *Tecum paratus ſum, & in carcerẽ & in mortem ire:* nihilominus negare vna & altera vice, vſque in tantam mei nominis ignominiam, quando tam honoris mei maximum patiebar detrimentum? Graue peccatum, & nihilominus obſtupeſce illud vnico momento vi pœnitentiæ reparatum, dum amare defleſt, factique eum pœnitet ex animo.

Ex his addiſce tuis hoc remedium eſſe flagitiis, licet eo vſque ſacrilegus acceſſeris, vt Deum iterum iterumque negaueris, eius etiam execrandis bonitatem ſceleribus irritaueris. Ad hoc, notante D. Chryſoſt. tantos habet Deus in Eccleſia ſua Sanctos meritis inſignes, qui peccatores fuere nefandiſſimi cœlo terræque execrabiles, et omnigenis ſtatibus, omnibus criminum generibus inquinati, homines vnumdati vt facerent malum, vt nemo diffidat. Numquid viſitas frequentaſti? Matthæum intuere. Numquid iniuſto lucro pecunias auxiſti? Conſidera Zachæum. Numquid vile carnis fuiſti proſtibulum? Magdalenam attende. Numquid latrocinio vitam polluiſti? Perpende Diſmam Chriſto collatronem. Numquid Rex qui prodderis inter proſtituti feminas, vitam, opeſque ſubditorum? Propone tibi David. Numquid Sacerdotio inſtructus ſcandalum dediſti, & nedum peruerſus es, ſed & aliis vt tales ſint, factus es lapis offenſionis? Memento Aaron poſt ſcandalum idolum erigentis quod ille vt Deum iuſſit adorari.

In particulari vero, vt notant D. Baſil. *a* & D. Bern. *b* ad hoc præclariſſimos Eccleſiæ ſuæ Sanctos ſtatuit Petrum & Paulum: *Petrus* (inquit D. Baſil.) *tertiò negauit, & collocatus eſt in fundamento. Paulus ex perſecutore prædicator factus* &c. Notauit hoc D. Ignatius, teſte D. Hieron. *c* ea de cauſa à Deo permiſſum, vt Apoſtolos, quos elegerat, qui cæteris in vitæ meritis palmam eripiunt, & primogenita florentque Dei gratiarum, peccatores eſſent; noſtram vt ſpem tantò fortius animaret: *Ignatius vir Apoſtolicus* (ſic D. Hieron.) *ſcribit audacter, Elegit Dominus Apoſtolos, qui ſuper omnes homines peccatores erant, de quorum celeri conuerſione Pſalmiſta canit. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, & poſtea accelerauerunt.* Forſitan ait hoc D. Ignatius propter duos illos Apoſtolici collegii Principes Petrum & Paulum, quos potiſſimum omnium proponit oculis, velut binas illas columnas quas Salomon ante portam templi in ſublime erexit: quæ quia ſingulare denotant myſterium, eas nobis ſpecialiter S. Scriptura deſcribit. Extruxit Salomon templum illud magnificum, & quale nouimus toto orbe notiſſimum: & ſiquidem admiranda fuerint illa, quæ intrinſecus Deo conſecrauit, non minorem tamen habent admirationem illa quæ poſuit extrinſecus, vt ilico accedentium oculis ſpectanda occurrerent. Inter hæc, duas ſtatuit columnas ante porticum vnam à dextris, alteram à ſiniſtris: altitudine triginta quinque cubitorum, ſpiſſas, elaboratas à ſummo vſque deorſum, & fortiſſimas vt pote æreas, nec machinam tamen aliquam ſuſtentabant. In quem ergo finem illas erexit? Nonnulli credunt, ad ſignificandam templi conſtantiam, idcirco nomen vni poſuit *Iachin* id eſt firmitas: alteri *Booz* id eſt fortitudo. Opinantur alii ad decorem ornatumque frontiſpicii Templi illius, vt quicumque eo acceſſiſſet, ilico oculos ſuos in illas conjiceret columnas adeo pulchras: vnde ſuper ſingulas, quaſi capitellum collocauit, vt eo forent ſpectabiliores globum maximum qui in parte ſuperiori lilium præferret adeo formoſum & altum, vt ſtatim ſpectantium oculis irradiaret.

Duæ columnæ Salomonis.
1. Reg. 7. 21.

Porro verius crediderim à Salomone conſtitutas in magni myſterii ſymbolum, & ea omnia quæ in templo illo compoſuit, quia Chriſtum in eo voluit figurari, qui templum ædificauit Eccleſiæ ſuæ, veræ ſalutis domum, & remiſſionis peccatorũ certum hominibus refugium: cuius illud templum vmbra tantum erat & figura: & ſiquidem, admiranda ſunt ea quæ Salomon noſter in templo hoc conſtituit: porro ſingulariter eminent duæ illæ columnæ, quas ſtatuit ante fores & ingreſſum templi: illas dicimus SS. Apoſtolos Petrum & Paulum; columnas æreas firmas, itaque ſecuras, vt ſuper illas mundi globum ſtatuat ſuſtinendum, diuiſum inter Iudæos & Gentiles: etenim licet D. Petrus ſolus totius ſit fundamentum Eccleſiæ, ſuper illum tamen quantum ad miniſterium prædicationis, ſpecialiter impoſuit Iudaiſmum, & ſuper D. Paulum Gentilitatem, eo modo quo idem D. Paulus dixit: *Qui operatus eſt Petro in circumciſionem, operatus eſt mihi inter Gentes.* Et taliter eos ſtatuit, vt illud quod deſiderat præ ceteris effulgeat, clariúſque micet, ſit lilium, cuique columnæ ſuperpoſitum. Flores omnes ſpei referunt ſymbolum vt oſtendit Pierius: quia viſis floribus, ſpes fructuum oritur abundantium: porro dicit hic omnibus Galat. 2. 8 Lib. 55.

III. Petrus & Paulus

IV. Lilium ſpem deſignat.

caput extollere lilium, ſingulare ſpei ſecuræ, firmæ cordiſque confortatiuæ ſymbolum: quocirca circumquaque lilium manibus Deæ Palladis impoſitum ſcribebant Imperatores Romani diſtichum: *Spes publica*: nonnulli: *Auguſta ſpes*. Spes ingens: nobilis, ſecura: quia ſingulariter diuos illos ſtatuit Apoſtolos eminentiſſimos in domo ſua, vt ſpem foueret remiſſionis in peccatoribus quantumlibet flagitioſis, ſatis euidenter hoc de ſe manifeſtat vna ex his columnis verbis planè myſterioſis: *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus: quod Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum.* Sermo fidelis, ſecurus & verus, mille cordibus acceptari à ſingulis digniſſimus, qui ſolus ſufficeret, omnes perfecta replere conſolatione. Quodnam eſt illud verbum? Quod deſcenderit Dei Filius peccatores ſaluaturus. Exultent & lætentur qui tales ſunt, nec animo deſpondeant: etenim quantumuis enormes ſint, ego omnium primus & flagitioſiſſimus: *Quorum primus ego ſum.* Non intendit ex mente D. Aug. dicere ſe priorem ceteris tempore, nam multa eorum millia illum præceſſerunt; ſed in ſtatu & eſſe peccatoris; ſicut dicitur: Alexander primus regnauit in Græcia: non quod alij non præceſſiſſent eum Reges: ſed quia reliquis tantâ præcurrit gloria, vt coram eo eiuſque comparatione tales minimè in computum veniant.

1. Timo 1. 16.

V. D. Paulus in ſe hoc probat.

☞ 7 Vt talem ſe indicat Apoſtolus, inquit D. Aug. ſi namque peccatores fuerint illi qui Chriſtum ſunt perſecuti: *Nemo acrior inter perſecutores quàm Paulus.* Videamus autem Apoſtole, vt quid te ſtatuit loco tam eminenti, cunctiſque ſpectabili? *Sed ideo miſericordiam conſecutus ſum: vt in me primum oſtenderet omnem patientiam ad informationem eorum qui credituri ſunt illi in vitam æternam.* Vt in me ſuam cum peccatoribus palam faceret miſericordiam. Legit D. Ambr. *Magnanimitatem & patientiam*, ſui pectoris cordiſque generoſitatem, quâ miſericordiam præſtat ſui perſecutoribus, quæ tanta eſt, vt cum primus ſim peccatorum, mihi tamen præſtiterit miſericordiam adeo ſingularem: *ad informationem.* O verbum pulcherrimum inquiunt D. Aug. *a* D. Chryſoſt. *b* D. Ambroſ *b* & D. Theodoret. *b* quod expendunt ſumptâ metaphora à medico ciuitatem ingreſſo, in qua multos ab ægritudine ſua ſanauit: quem autem in prima linea ſtatuit ad informationem aliorum, ſuamque in arte medica teſſeram probatiuam infirmus eſt extra omnem ſpem recuperandæ valetudinis, cui ſanitatem contulit; quò certò confirmat omnes infirmos ſecurè tutòque ſperare poſſe quòd accedentes optatam conſecuturi ſint ſalutem. An certam habere vis, quærit D. Paulus informationem viſcerum Dei erga peccatores? Meipſum intuere qui in illum blaſphemus fui, contumelioſus, perſecutor eius acerrimus, & implacabilis inimicus: qui non tantum meæ vitæ ſtudebam incolumitati, quantum eius, eiuſque memoriæ extirpationi: atque ad hoc voluiſſem vt omnes Chriſtiani non niſi vnum habuiſſent collum, vt vnico cunctos ictu gladio cædente trucidarem: his non obſtantibus ipſe in cœlo glorioſus pro me ſolo deſcendit in terram, me quæſiturus, me illuminaturus, mihique miſericordiam præſtiturus: qui vtique declarabat tanto ſe vnicum peccatorem affectu proſequi, vt ſi neceſſarium fuiſſet, ipſius ſolius gratiâ deſcenderet iterum incarnandus, paſſurus aliaſque in cruce moriturus. O diuinam columnam, quàm eleganter in ea lilium emicat! quantam nobis talis ingerit informatio fiduciam. Hanc ab vna parte columnam erigit.

*a* Ser. de verb. Apoſt. *b* in hunc locum,

Aliam quoque extollit D. Petrum Apoſt. quem præfatus Paulus columnam appellat, & talem vt ſupra illam fundare voluerit Eccleſiæ ſuæ ſoliditatem, eamque tanta ſecuritate conſtantem, vt omnes inferni vires nihil in illam poſſint efficere. Heu quale fuit illud D. Petri peccatum, quàm grauis offenſa: ſic de eo D. Bern. *Peccatum grande & fortaſſis quo grandius nullum.* & D. Chryſ. *Poſt crudelem illum caſum: nam nullum negationi par malum*: Et idcirco vocat illud ibidem *Maximum peccatum*: & alio loco; *Tetrum & inſolitum crimen*: & nihilominus ſuo Saluator illum quærit intuitu, ſua luce cæcitatem eius illuminat, de profundo lethargo dormientem excitat, quod gallus non effecit, veniamque tam breui concedit interuallo, tamque perfectam, vt illum in caput, patrem & vicarium ſuum vniuerſalem confirmet Eccleſiæ, liberè ac plena poteſtate claues cœli, manibus eius & auctoritati commendet.

Idcirco meritò inter ſanctos eligit Petrum quem ſtatuat columnam, omnibus planè conſpicuam in porticu Eccleſiæ ſuæ, lilio coruſcam, quo ſpes noſtra foueatur: etenim vt notat D. Chryſoſtomus ſiquidem nobis illam Niniuitæ præbeant, quorum tanta fuit vitæ peruerſitas, vt ad cœlum vſque pertingeret, tot annis obfirmata, & nihilominus in triduo remiſſa: porro replicare poſſes, inquit, illos fuiſſe ignorantes, in rebus ſpiritualibus de vitiis & peccatis non 10.
apprimè inſtitutos: hoc enim Dominus Ionæ indicauit,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

iudicauit, dans ei rationem cur tanta illis ſcelera miſericors condonaſſet: & iam ipſe Saluator ait, ſeruum qui neſcit voluntatem Dñi ſui, paucis vapulare, ſi quando illā fuerit præuaricatus. Porro ſum ego Chriſtianus, optimè imbutus & edoctus, nullam poſſum allegare ignorantiam, præuentus à Chriſto mille miſericordiis: vnde me non ſolatur Niniuitarum exemplum, nec aliorum talium peccatorum: etenim ex ore habeo Chriſti ſeruum Dñi voluntatem tranſgredientem, cum illam probè nouerit, ſeueriſſimè fore caſtigandum; & ni fallor omnem mihi fiduciam tollit Apoſtolus, his verbis: *Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus S. &c. & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam.* Verba ſunt hæc quibus hæretici Nouatiani ſuos confirmarunt errores: Chriſtianis baptizatis & relapſis nullā in Deo, quā illos ſuſtineat, eſſe patientiam: de quo prædictum eſt ipſo die Prodigi. Vt autem ab hoc te liberet timore, ait D. Chryſ. hanc inter omnes electos elegit columnam Petrum, qui cum ita fuiſſet à Chriſto inſtructus, præmonitus, & ſuprema omnium in cœna dona recepiſſet, deſignatus ab ipſo Domino ad maximam regni ſui dignitatem; promotus vt eius eſſet in toto vniuerſo vicarius, committens tamen deinde peccatum adeo teterrum & crudele, tam facilem nihilominus ab eo culpæ recepit indulgentiam. *Ne hic dicas* (loquitur D. Chryſ.) *apponitur tibi D. Petrus, qui erat ſeruus maximè ſciens voluntatem Domini, in eius ſchola nutritus & tamen hic peccauit, & maximo peccato, reſpice ad quantum ſublimitatis culmen peruenit &c.* Non tua te peccata perterreant, quantumuis enormia, columnam hanc intuere, & ſiſium, eximiam præbebit tibi fiduciam: *Nonne* (*etrus tertio negauit? Nonne viſis ancillæ verba timuit: quid ergo: Oportuit eum ad pœnitentiam illum multos annos terreret? Nequaquam; ſed eadem nocte lapſus eſt, & erectus, vulnus & medicinam accepit, ægrotauit & ad priorem rediit ſanitatem. Qualis quantaque fuit lacrymarum vis ſermo non poteſt explicare; ipſe autem rerum exitus manifeſtè oſtendit. etenim poſt tantum illum caſum (nam nullam negationi parem ...) iterum ad priorem honorem reuehit, Eccleſiæ primatum gubernationemque illi per vniuerſum orbem tradidit &c. ſi D. Petrus* (addit D. Bernard.) *poſt tam grauem lapſum ad tantam rediit eminentiam ſanctitatis, quis de cætero deſperet, ſi tantum egredi voluerit à peccatis?*

Luc. 12. 47.

Hebr. 6. 4.

D. Chryſ. Hom. de pœnit. To. 5.

D. Bern. Serm. de ... SS. Apoſt. Pet. & Paul.

§. 3. *Duo Summi Pontifices Aaron & Petrus graues fuerunt peccatores: vt eorum magnitudo miſeriarum, blandos eos redderet & miſericordes.*

SEcundam profero rationem huius peccati D. Petr. ex D. Baſil. a D. Aug. & D. Greg. c *Vt & tu conſolationem habeas*, inquit D. Baſil. d. Hæc vna Domini maxima fuit miſericordia medicos noſtris curandis infirmitatibus præſcribere homines peccatores quos D. Paulus e. vocat *Sacerdotes infirmitatem habentes.* Noluit nos Angelis ſubmittere. *Nequaquam Angelis ſubiecit Deus orbem terræ.* Non iudicauit expediens vt Angelus tanquam Pontifex præeſſet Eccleſiæ, nec alij ex choro Principatuum eſſent Archiepiſcopi, Epiſcopi: vel alij de choro Angelorum vel Archangelorum Sacerdotes eſſent, & Confeſſarij, ad quos nobis confugiendū eſſet pro noſtrorum remedio & abſolutione peccatorum: cum enim ignorent ipſi quid ſit infirmitas, nec paſſionibus aut affectibus ſubiaceant carnalibus: à quibus maximè & frequenter infeſtamur, atque ad peccatum excitamur nec vnquam peccauerint, puriſſimi ſunt Spiritus ab omni labe, & macula, præſertim carnali; quod ſi pedibus eorū aduolueretur pœnitēs carnis infame proſtibulū, quàm ſe nauſeabundos oſtenderent? quàm illis male olerent noſtra crimina? ſicut nulla languent infirmitate, quàm aſperè quotidie labentem exciperent? Ea de cauſa decreuit Deus, inquit Apoſtolus, vt ſacerdotes ſupremi, medij & infimi non ſint Angeli, ſed homines infirmi, fragiles, ſimiles nobis, qui ſciant, & experientiā diſcant noſtræ naturæ fragilitatem, paſſionum violentiam, appetitus carnis furioſos, homines qui ſentiant, & eius grauitatem pondusque experiantur. 8

a Ho. de humil. & Ho. 29. de pœnit.
b Ser. 124. de temp.
c Ho. 21. in Euang.
d. Ho. 29. de pœnit.
& Hebr. 7. 28.
e Hebr. 2. 5.

I. Cur Angeli nobis non ſint præfecti in ſacerdotes.

Singularis actus fuit miſericordiæ quā Deus Moyſen vagientem adhuc præuenit: etenim cum fiſcellā illa cōcluſus ſcirpea & decurſu raptus fluminis, ab aquis ereptus operā Principis filiæ Regis, illi compatientis, traderetur nutrici alendus; ita Deus præordinauit vt propriæ matri traderetur nutriendus, ignoranter quod mater eius eſſet: vt enim erant Ægyptiæ nationis alterius, ſi puerū alicui ex illis cōmitteret, ilico tæderet eam & grauaret pueruli illius Hebræi moleſtię; quę verò patiēter magis illas poſſet ſuſtinere, mater erat propria, caro de carne eius, & os de oſſibus eius, & cui aliquid de natura eius eſſet propriū benignā blandamq; illā redderet, vt nedum mode-

II. Allegoria de Moyſi educatione.

modeſtè ſed etiam delectabiliter pueri perferret importunas, frequenteſque moleſtias. Hac nobiſcum Deus vtitur miſericordiâ: cum enim pluribus in anima miſeriis opprimamur, quàm infantes in corpore, nequaquam nos commiſit, aut tradidit nutricibus Angelis, vt lacte nos SS. Sacramentorum alerent, ſed iis qui noſtræ ſunt propriæ naturæ participes: *Homines infirmitatem habentes* (verba ſunt Apoſtoli) *qui condolere poſſint iis, qui ignorant & errant: quoniam & ipſi circumdati ſunt infirmitate*: Quatenus ex iis quæ in ſe ſentiunt, non ſolum non offenduntur de peccatis, ſed peccatoribus ex corde compatiantur, & diſcant ex iis quæ patiuntur, miſereri. Vt autem hoc fieret ad amplius noſtrorum ſolamen volens huic miniſterio deputare homines, non illos elegit, qui impeccabiles eſſent, aut ab omni ſcelere immunes: quia ex eo ipſo grauiùs forſan indignarentur contra flagitioſos, ſeipſos conſiderando, quod homines cum ſint, nullum habeant peccatum, & iuxta propriæ normam conſcientiæ ceteros ad ſe accedentes metirentur. In eum finem elegit ſtatuitque; in ſupremos Sacerdotes, patres, & defenſores peccatorum, peccatores; non tales quales, ſed illos, quos paſſus erat, diuina ſic cuncta diſponente prouidentia, labi non in minima peccata & quotidiana, ſed in peccata reliquis enormiora. Summos illos binoſque perpende Pontifices primicerios quos in Eccleſia ſua collocauit, in ſtatu legis antiquæ, & nouæ legis Euangelicæ.

III. Aaronis lapſus exponitur de vituli erectione.

Sibi in peculium elegit Iudæos, illos de Ægypto eduxit: quia verò Sacerdotibus indigent, vt ſequeſtres ſint inter Deum & homines, elegit, & primum omnium deſignat Aaron, vt ſummus ſit Pontifex, & vt veri tantùm ac legitimi eius in Pontificatu cenſeantur ſucceſſores, filii illius & nepotes ex eadem tribu progeniti. Ad hunc effectum ſingularia operatus eſt prodigia: nempe vt virga Aaron inter ceteras floreret, vnico tempore flores, fructuſque produceret amygdalorum: terra ſinum hiantem aperiret, quo refractarios eius primatui, & contumaces poteſtati deglutiret. Ceterum quis Aaron? Homo, qui Deo Doctore inſtructus, Dei promiſſione perpetuum poſſidens populi ſui iure Sacerdotium, antequam illud exerceret, commiſit peccatum adeo ſacrilegum vt vix committi poſſit magis execrabile: cum enim Moyſes aſcendiſſet in montem cum Deo familiariùs acturus, populus in ſeditionem verſus, exclamauit, quod quandoquidem Moyſes tamdiu non reuerſus moraretur, iam credendus eſſet mortuus, vel in aëre diſparuiſſe: quocirca ad Aaron fratrem Moyſi recurrit petitque ſibi Deos fieri, quos adoraret: tantoque hoc tumultu, & ſeditione requiſivit, vt Aaron timore perculſus ſibique cauens, ne in eum tumultuanti omnes inſurgerent (a) multis vltro citroque ventilatis, ipſe fornacem extruxerit, & vitulum illum toto orbe notiſſimum conflarit: ipſe publica præconis voce populum inuitarit, diemque deſignarit colendæ feſtiuitatis, in qua vitulo diuini honores dedicarentur: ipſe altare ſacrilegum ædificarit, ipſe vitulum extulerit in altum ab omnibus vt Deum adorandum. Audi S. Scrip. *Formauit opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem &c. & ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit, dicens: cras ſolemnitas Domini eſt.* In Hebraico (ex lectione noſtri Caiet.) legitur nomen: *Iehouah feſtum Iehouah cras*: adſcribens vitulo nomen ineffabile Deoque proprium, ſcilicet: *Iehouah*. Ecce quàm infandum piaculum. Ita diuinam indignationem prouocauit, vt cauſa fuerit, quòd Deus ſeueriùs in populum animaduerteret clade viginti trium millium, aliiſque calamitatibus vix tolerandis. Quis huius delicti reus? Aaron principalis fuit: etenim quamuis dum Moyſes de monte deſcendiſſet, & iam de manibus proieciſſet atq; confregiſſet tabulas legis, quas illi Deus dederat, extremum ſuum teſtificatus dolorem ac animi moleſtiam; illi dare voluerit ſatisfactionem, & ſe à crimine excuſare; commiſſi ſe noxium non eſſe, ſibi tantum ſacrilegium non adſcribendum, ſed tumultuantis populi ſeditioni; declarauit illi Moyſes, tanti ſceleris eum cauſam eſſe principalem: ipſumque eſſe qui populum in tam profundam demerſerat abyſſum impietatis: vnde ſic eum interrogat: *Quid fecit tibi hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum?*

Et inſuper vt hoc ita intelligeretur, apertè dixit hoc Spiritus S. *Percuſſit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.* Hæret hic D. Aug. caſtigauit ergo Dominus populum ob peccatum vituli, quem Aaron conflauerat. Domine cœlorum, Aaron conflauit vitulum, ipſe illum erexit, & propoſuit adorandum, tu autem in populum ſeuerus vindex animaduertis idololatram, ipſum verò eius auctorem & præconem, nedum non punis noxium, ſed inſuper ſtatuis illi ſummi Pontificatus dignitatem, ipſi inquam, eiuſque poſteris? *Non dicit: Et percuſſit Dominus populum propter vitulum quem fecerunt, ſed quem fecit Aaron: & tamen*

(a) Exod. 32. 4.

Exod. 32. 5.

Exod. 32. 35.

D. Aug. Tom. 4.

non

*non eſt perniſſus Aaron: quin etiam illud, quod de ſacerdotio eius, ante peccatum eius Deus præceperat, impletum eſt, & iuſſit eum & filios eius ablui, & ſic ordinati ſunt in ſacerdotio.* Quis non ſibi perſuaderet ſaltem à Deo reuocandum, quod iam inchoauerat, quo Aaronem in ſummum Pontificem populi ſui nominauerat? Nominaſti Saül eidem populo in Regem, inungi præcepiſti per prophetam tuum Samuel, regni dediſti illi poſſeſſionem: quia verò defecit in non expectando pro certo aliquo negotio vſque ad diem illi præſtitutum decreuiſti de familia eius regnum ſceptrumque tollere, quod illi tradideras: quomodo Aaroni, quem Pontificem deſignaſti, tantâ te contumelia deſpicienti promiſſum non reuocaſti ſummum illum creandi Pontificem?

Tract. 35. in Ioan. O iudicia Dei abyſſus multa, exclamat D. Aug. ne fueris illa ſcrutatus, illa adorare tibi ſufficiat; & aduerte, quòd virum adeo debilem, puſillanimem, vt populi ſeditione perterritus peccatum tam execrabile patrauerit, elegerit Deus in ſummum Pontificem, & ſupremum ſacerdotem, vt principium ſit ſummorum ſacerdotum populi ſui, & nequaquam in pœnam tanti ſacrilegii primam ſuam reuocauerit determinationem, ſed decernat vt illi eiuſque ſucceſſoribus particulares fiant veſtes tunicæ interiores & exteriores, mitræ & ſandalia, cuncta plena myſteriis, quibus in officio Pontificatus ſui ornati incedant, & ſingularia componantur vnguenta eorum conſecrationi dedicata ſolemnioni. Quid hoc, Domine mi potentiſſime, hunc ne talem aliis Pontificem præponis? numquid tu ille, qui tantopere peccatum execraris, vt dixeris poſtmodum ſi quis electus fuerit vt annulus digiti tui, & peccato videris illum inquinari, de manu tua illum extraheres projiciendum? Numquid cœlo creaturam exturbaſti quâ nulla de manibus tuis egreſſa formoſior, Luciferum, quia ſuperbus in te ſurrexit & tuam ſedem thronumque arroganter ambiuit? quomodo in illo cœlo Eccleſiæ tuæ collocas virum, qui in throno tuo & altari vitulum collocauit, cui eſſe tuum, maieſtas tua & celſitudo tua adſcriberetur eminentiſſima? numquid ſummus ſacerdos ille eſt, ad quem recurrendum eſt peccatoribus, vt ipſe pro illis inter te & ipſos mediator intercedat? qualis ſequeſter inter te & ipſos poterit hic eſſe, ita tuo nomini iniurioſus? numquid non ille refugium eſt, ad cuius vmbram ſe recipere debent onerati & fatigati ſceleribus? Vtique, quinimo ea de cauſa; quia hæc propria peccata & infirmitates, quas in ſe conſiderabit, mitem reddent illum & aliis miſericordem, ne faſtidio habeat, & abominetur peccatores, nec à ſe indignans repellat deſolatos, qui ſeipſum attentè vereque conſiderat & agnoſcit ceteris fuiſſe nequiorem: *Vt condolere poſſit, iis qui ignorant & errant: quoniam & ipſe circumdatus eſt infirmitate.*

V. Non ideo Deus pro [illegible] ma- uit.

Hæc facta nouimus in ſummo Pontifice veteris Eccleſiæ. Statuendus eſt ſupremus in noua Pontifex tantò dignior & ſecurior, tantò poteſtate ſuperior & eminentior, quantò hæc veterem antecellit eminentia ſubliniori. Pontifex ſummus, Dei Vicarius, in quo principium ſumunt, qui tales futuri ſunt, ita vt futurus non ſit legitimus Pontifex, niſi ille qui futurus eſt legitimus ſucceſſor, & in eius Cathedra ſeſſurus Pontifex, cuius manibus tradantur claues cœli, cum poteſtate aperiendi & claudendi plenaria: depoſitorium ſeu arca remiſſionis adeo vniuerſalis, vt in ipſo reperiant illam habeantque peccatores. Quem ad hoc eliget? quem patrem Eccleſiæ præficiet, quam ille ſuo ſanguine ab omnibus ſcelerum emundaret inquinamentis? numquid aliquis deſcendet de cœlo Seraphim ipſo ſole mundior? numquid è deſerto quondam educet Baptiſtam, qui eo ſeceſſit trimulus, ne leui ſaltem famine aut peccati venialis puluere contaminaretur? An à mortuis Hieremiam ſanctum & prophetam euocabit in vtero matris ſuæ ſanctificatum vt ipſe ſtatuatur? nequaquam, ſed Petrum eligit virum adeo labilem & inconſtantem, vt non ad præſentiam totius populi tumultuantis & ſeditioſi, vt Aaron, ſed ad ſimplicem blandamque vocem unius ancillæ oſtiariæ fragilis defecerit, atq; in peccatum lapſus ſit tantû, quantû eſt negare Chriſtû vt ex magna nimis ſua calamitate ac fragilitate diſcat benignè miſereri peccatoribus: *Vt condolere poſſit, iis qui ignorant & errant: quoniã & ipſe circumdatus eſt infirmitate.* Bone Deus, ſi D. Pet. (argumentatur D. Aug.) numquam peccaſſet, Chriſtumq; in nunquã offendiſſet, ſed in amore eius ac confeſſione conſtans perſeueraſſet, quis vnquam Chriſti negator ad eius auderet pedes accedere, conſitens quod illum ex leui occaſione periurus abnegaſſet, & coram multitudine notaſſet infamiâ, nec non cum execrationibus, & anathematiſmis tertio noſſe ſe eum eiuraſſet? Timere poterat noſtro loquendi modo, ne Petrus zelo honoris Chriſti ſuccenſus ardentiori, faceret, ſicut quando Chriſtum capi vidit, manuque eduxit gladium & Malcho reſcidit auriculam, &

VI. Petri caſus multo grauior.

ictu quem librauit medium illi caput diffindere voluit. Deinde, quid ſi iam accedat bis, ter, imo centies per diem cum tali flagitio?

VII. Ratio cur confirmetur in primatu Eccleſiæ.

Ad hoc blanda diſponit prouidentia Saluatoris, permittere lapſum eius ita miſerandum, impudentē, ignominioſum, ſic vt neget & ipſum Chriſtum, à quo præcedente nocte beneficia receperat ineffabilia; nec id ſemel feciſſe ſufficiebat, ſed tertiò repetiit & confirmauit, idq; non longo temporis interuallo, ſed paucis horis: adde non ſimplici negatione, ſed ſuperadditis iuramentis & periuriis, execrationibus & anathematiſmis: vlteriùs nemine illū pugione pectori appoſito perterrente, ſed ad vocē viliſſimæ puellæ, & quorundam miniſtrorum ſcurrarū: non inopinatò comprehenſus, ſed feriò, & ſæpe præmonitus paulò ante à Chriſto; & quidē addito iuramento: quatenus oculos ſuos in propriā conjiciens fragilitatē, turpeque crimen, peccatores ipſe peccator nō exhorreat: nec peccata aliena quantūuis multa & grauia, faſtidioſus abominetur. Diſertiſſima non ſunt hic tacenda verba D. Aug. *Credenda erant Petro claues Eccleſiæ, imo credita ſūt ei claues regni cœlorum: credenda & innumera populi multitudo, quæ eſſet pro ſua natura vitiis, paſſionibus, culpis innodata atq; peccatis. Dicit ad eum Saluator. Tibi dabo claues regni cœlorū &c. vt in clauibus fidelis ianitor in ſententiis eſſet clem.tiſſimus diſpenſator. Erat enim reuera hic Petrus paulò durior & ſeuerus ſicut eius auſteritatem, truncata ob Chriſti iniuriā ſerui Principis ſacerdotum declarat auricula. Hic igitur tam durus atque ſeuerus, ſi donum non peccandi à Domino ſuiſſet adeptus, quæ venia commiſſis populi donaretur? ſed idcirco diuina prouidentia ſecretum ita temperauit, atque permiſerit; vt primus ipſe haberetur, ac rueret in peccatum, quo erga peccantes duriorem ſententiam proprii caſus intuitu temperaret.*

D. Aug. Ser. 124. de tempor. Tom. 10.

### §. 4. *Paſſus eſt Dominus cadere Petrum, vt Zelum eius mitigaret, & alios eadem menſurā metiretur, quâ ipſi menſum fuerat.*

10 NOuerat Dominus, inquit D. Aug. zelum quo Petrus feruebat in iis quæ ad ipſum ſpectabant: nec eſt puluis tormentarius ita diſpoſitus vt accendatur, & in altum erunt turres, propugnacula, imo montes vnica ſcintilla illi incidente, vt Petrus erat ad feruorem bilemque diſpoſitus aduerſus eum qui Chriſto mali aliquid intentaret; omnia euerſurus, montes etiam altiores. Die quodam dum Chriſtus de paſſione ſua corā diſcipulis ſuis diſſerit, prædicitque ſe manibus tradendum inimicorum, à quibus ad mortem vſque torqueretur: *Dicebat, quia oportebat eū multa pati &c. à ſenioribus &c.* tanto zelo feruens exarſit, vt ſe ſi Chriſto conſtanter oppoſuerit, dicendo: Domine, nequaquam hoc fiet, me ſuperſtite: nam vbicumque ego fuero, certò tibi perſuade, qui tibi vel filum tuæ veſtis lædere præſumat fore neminem: *Abſit à te Domine, non erit tibi hoc.* Tanto dixit hoc animo & feruore, vt neceſſarium fuerit ad eum cohibendum, Chriſtus illum tanta verborum corriperet aſperitate, quā vocaret illum & increparet vt ſatanam ſibique aduerſarium, virumque in diuinis admodum idiotā & ignorantem. *Vade poſt me ſatana: ſcandalum es mihi non enim ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum.*

I. Petri zelus oſtenditur.

Quādo in cœna Dominus reuelare voluit quæ ſibi eſſent euentura, nempe quod vnus ex diſcipulis cum eſſet traditurus; quatenus pateret ipſum Deum eſſe, omnia futura noſſe, nec mortem ſuā eſſe ſibi inuoluntariā, ſed ſapientiā diuina diſpoſitā; tantū dixit: *Amen dico vobis quia vnus veſtrū me traditurus eſt:* non illum quis eſſet nominauit. An euidentiùs nō pateſceret, quòd omnia noſſet, ſi proprio ſignaret nomine proditorem? eum noluit nominare, reſpondet D. Chryſ. quia aderat ibi D. Petrus qui ſi ſciuiſſet quiſnā eſſet, eū dentibus fruſtratim dilaniaſſet: & quamuis curioſiſſ inquireret vt hunc ſciret, atque D. Ioan. vt ſequeſtrum ſtatuerit, qui à Chriſto percunctaretur; ſi quidem illum D. Ioan. reuelarat, ilico tamen ſoporem immiſit illi cœleſtem illū, quaſi extaſim, quā raptus in pectus recūbuit Saluatoris, ne verbum aliquod D. Petr. manifeſtaret. Omnibus in propatulo eſt quid fecerit cū Dñs à Iudæis vinceretur cū enim arma illius adeo lāguida eſſēt, & militū armis ac miniſtrorū gladiis & fuſtibus inæqualia, illa tamen produxit, & Pontificis ſeruo auriculā præſcidit imperterritus. Imo etiam poſt lapſum, iam erectus, & officio functus ſummi Pontificis eundem zelum manifeſtè declarauit.

Dominus illi de cœlo linteum demiſit plenū omnigenis & immundis animalibus, colubris, buſonibus, ſerpentibus, draconibus, audit q; vocem ſibi præcipientem: *Petre, occide, & manduca.* Quo declarabat illi ſe mittere ad eum Gentiles, peccatores, abominabiles, infideles, adulteros, homicidas, periuros, Dei iuratores, & carnales, vt eos in vita ſua peruerſa necaret, & corpori ſuo myſtico Eccl. incorporaret, vt illos Spir. S. viuificaret: hic etenim eſt, qui vitam huic corpori ſubminiſtrat. Eo modo quo tu occiſam perdicem, vel arietem, comedens illum in te incorporas, ita vt, perdita vita irrationali, quā viuebat, tibi incorporatus vitā

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vitā viuat hominis rationali. Ad Petrū immunda hæc deſtinat animalia: quia remedium vitamque peccatorū Petri manibus & poteſtati tradiderat. Eo ipſo quo vox de cœlo ruit: *Petre, occide & manduca*, continuò ſtomachus illi nauſeat, viſcera cō mouentur, & circūagitantur, atq; à tali malo liberet me Dñs, nequaquā hoc fecero, hinc apage tam immunda animalia: an ergo illa meo ſū ſtomacho recepturus? *Abſit a me Domine.* Cui cum Dñs reſponderet, ne mihi Petre illa vt immunda rejicias, nec enim ego illa faſtidioſus abominor: ſecundò & tertiò idem replicat, quo zelum ſuum ſolatur aduerſus peccatores feruentiorē & quantam illi nauſeam parerent, quamque contra eos viuaciter zelus eius incēderetur. Si hoc ita factū credimus etiam poſt lapſum, & repetitas toties ſuas negationes, quid ageret, aut quomodo ſe haberet à peccatis culpiſque innoxius, & cui Deus tribuiſſet, vt nunquā in peccatū graue corruiſſet?

III. *Si donum non peccandi à Domino fuiſſet adeptus*, inquit D. Aug. *quæ venia cōmiſſis populi donaretur?* Vtanē vndē adderet zelo eius feruentiori ſecurū ſua propria fragilitate, permiſit vt tā enormiter laberetur: quatenus hoc lapſu redderetur mitior, & in qui caderent, aut deficerent indulgentior. Aduertite fratres, hortatur D. Aug. diuinæ miſericordiæ magnitudinē: nā ſtatuens & cōmendans manibus hominū noſtræ ſalutis remedium, illos ita voluit præparare, vt nobis fierēt miſericordes, ſuo proprio incommodo & fragilitate animi edocti, & propriis miſeriis, caſibusque facti benigniores: *Quantū igitur diuini muneris erga ſalutē hominū, quantū curæ, quantū ſollicitudinis impendatur aduertite*. Cauſam hic addiſce cur Dñs tantū in D. Petr. peccatum permiſerit, vt ſcilicet ex proprio caſu & miſeria diſceret aliorum miſeriis compati peccatorum. *Permiſſus eſt cadere Petrus* (ita conſentit D. Gregor.) *quia actor futurus erat eccleſiæ, vt in ſua culpa diſceret qualiter oporteret aliorum miſereri. Petrus* (his addo D. Baſil.) *lapſus ſuſtentatus eſt, & edoctus etiā aliis infirmis parcere.*

Petrum intuere cœli clauibus honoratum, poteſtate aperiendi & claudendi dotatum abſoluta. O quā bene talibus manibus tales committuntur claues, ad ſolamen tuū, tuū inquam, qui grauem te ſcias eſſe peccatorē: quanta delibutus conſolatione, quantà roboratus fiducia potes accedere ad pedes confeſſarij: ſi namq; te ſcias peccatorē, & ipſe eſt, & forte multò flagitioſior, ac proinde te non rejiciet indignans & ſtomachabundus, nec in te mirabitur ſcelus quantumlibet graue, ſuum ſibi crimē objiciens nec tuā dedignabitur animi fragilitatē, ſuam ipſe conſiderans cordis inconſtantiam: nihil etenim ſic alicuius cordis tumorem deprimit, ne vilifaciat alterum ob defectum aliquem ſiue ſtemmatis, ſiue morum, quàm ſi iiſdem ſe obrutum eſſe conſpiciat. Hæc illum cognitio mortificat, hæc mitem reddit & benignū: quantumuis enim Dauid vitam vel vnius militis ſummi faceret (quod proprium generoſis eſſe dicimus capitaneis) tamen quando Ioab totum illi perdidit exercitum, linguā nō habuit, quā contra illū excandeſceret, & conuitiis eum laceraret: quia Ioab illi in memoriā reduxit necē quam ille intulerat, (facinus tanto Rege indignum) Vriæ militi omnium integerrimo Regique fideliſſimo.

His appoſitè penſat D. Hier. quædam S. Scripturæ loca, nimirum verba illa Domini ad animam peccatricē: *Suſcitabo pactum meum tecum, & ſcies, quia ego Dominus, vt recorderis, & confundaris & non ſit tibi vltra aperire os præ confuſione tua, cum fuero placatus tibi, in omnibus quæ feciſti, ait Dominus.* Et illa quæ per Proph. Nahum ait: *Mundans te, non facies innocentem.* Mundus eris ſed non innocens, verum pœnitens. Loquatur D. Hieron. *Iuſti poſt peccatum in ſtatum priſtinum reſtituti, os aperire non audent, ſed cum Apoſtolo dicunt: qui nō ſum dignus vocari Apoſtolus: quia perſecutus ſum Eccleſiam Dei.* Teipſū, monet D. Aug. conſidera Confeſſarie, & addiſces, qualiter te peccatorem oporteat recipere etiam ſpurciſſimum: *Conſiderans teipſum*, ait D. Pau. quod ſi alter peccator ſit, tu nō ſis impeccabilis, & exemplo D. Petri inſtruaris: *Iā eruditus es & edoctus in Petro quemadmodum eum Dominus tui cauſa patitur circumſcribi delicto, & quemadmodum illū fidei, pietatiſq; ſigniferum, & generis humani columnam* (Ecce quā propria D. Petro veraq; epitheta) *Permiſerit metu dominante quaſſari, vt populorum doctoribus & magiſtris eſſet exemplū à Deo ſibi non peccandi gratiam minimè condonatū.* Vnde, hortante eodē D. Aug. accedentē ad te peccatorē: *Non ſtatim abjicias & condemnes, ſed cōpatere & luge, conſolare & reuoca cōmoda iacenti affectum, porrige manum, erige lapſū ſpē ei diuinæ clementiæ repromitte, &c.* abſit vt velit dicere Confeſſariū non debere peccatorē reprehēdere, culpas eius aggrauare, ob ſuas illū terrere viuendi diſſolutiones, aliquando, imo ſæpius aſperitatē adferre, ſed vt illud faciat cum māſuetudine ſeipſū cōſiderans: *Quia ipſe circūdatus eſt infirmitate* quā motus & ipſe infirmo cōpatiatur: *Vt condolere poſſit iis qui ignorāt & errāt.*

Ezech. 16. 63.

Nahum. 1. 3.

D. Hier. Lib. 1. contra Pelag. p. 122. Tom. 2.

D. Aug. Ser. 124. de temp. ad fin. Tom. 10.

IV. Condolere debet peccatori Confeſſarius.

Vtiliter nos præmonet Spiritus S. *Qui non eſt tentatus quid ſcit? vir in multis expertus cogitabit multa & qui multa didicit, enarrabit intellectū. Qui nō eſt expertus pauca recognoſcit. &c.* Verba hęc vitę Eccl. 43. 9



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

perpenſa optimè propoſito noſtro conueniunt. Conceptum hunc melliflüè more ſuo proſequitur D. Bernarde duobus his Apoſt. Petro & Paulo eximiam Dei perpendens miſericordiam, quā illi placuit illos nobis doctores proponere & mediatores. Quis, inquit, peccatorū præſumet ad Christum accedere ipſo ſole puriorem? *Ille in vtraque natura puriſſimus eſt, qui peccatum non facit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Quomodo ad illum accedere audebo, qui ſum ſupra modū peccans peccator, qui peccaui ſuper numerum arenæ maris, cū ille purior, ego impurior eſſe non poſſim? Verendū ne incidā in manus Dei viuentis, ſi illi appropinquare præſumpſero* Porro diuinam laudate miſericordiā, inquit Bernard. qui me remiſit, ſtatuitq; animæ meæ remediū in eorum manibus, qui grauiſſimi fuerūt peccatores: etenim propria fragilitas ipſos docet miſericordiā. *Propterea dedit mihi duos homines iſtos qui homines eſſent & peccatores, & maximi peccatores, qui in ſe ipſis, & de ſe ipſis diſcerēt, quàm late aliis miſereri deberent: magnorū enim criminū rei, magnis criminibus facile donabunt veniā, & in qua menſura menſi ſūt eis, remetietur nobis.* Cōcludit igitur: *Tales decebāt humano generi paſtores, & doctores conſtitui, qui dulces eſſent & potentes &c.*

D. Ber. Ser. in feſt. Apoſt. Pet. & Paul.

V. Deus nobis præfecit peccatores.

§. 5. *Fuge occaſiones, in quibus nec ipſe Petrus Pontifex vniuerſalis, nec ipſe Dauid Magiſter generalis firmi permanſerunt.*

12

a Orat. de Reſurrect. b Ho. 6. de pœnit. c In c. 63. Iſai d Lib. 3. de Doctrin. Chriſti c. 23.

I. Similitudo.

TErtiò dicunt D. Ambr. a D. Chryſ. b D. Hie. c D. Aug. d tam enormen permiſit Deus caſum in viro tanta pietate conſpicuo, & qui ſibi de conſtantia blandiebatur: vt tu, qui tanta non fulges morum probitate, nec animi fortitudine, ſed ipſa es mentis infirmitas, timeas & pericula fugias, cum in illis nec ipſe Petrus conſtantiā ſeruauerit ſi quis locus eſſet tot ventis & turbinibus periculoſus, vt nauis omnibus tutior ac ſecurior, nauis bitumine & pice illita, præparata, compacta vt nihil deſideretur amplius, vnico momento abſorpta & confracta periiſſet, videns eam nauiculā laceram, diſſoluta, quomodo ſibi timeret, quā non vigilantia fugam arriperet procellas, pericula, turbineſq; vitatura? ſi turbo quis exſurgeret, adeo vehemens, vt rupes ipſas radicitus euelleret & in aëra diſpergeret, quid ageret ſtramen aridum? quo timore percelleretur, ſi iudicio polleret, conſpiciens rupes euerti firmiſſimas? Sancti naues ſunt altioris ſtructuræ, mundi lacum hunc peruauigantes tot periculis, & vorticibus tremendum: videmus naues aliquando grandiores demergi, & occaſionum turbinibus heu dolendum! abſorberi & nonnumquam eas quas ſatis leues eſſe dignoſcimus; quid tu ſecurus es, miſera nauis, confracta lacera, quam quilibet venti flatus abripit? nullis viribus ad reſiſtendum obarmata.

Hæc eſt ex iudicio D. Chryſ. ratio, ob quam permiſit Deus, vt multi, & præclari S. in caſus lapſi ſint pudendos & lamentabiles. Experimentū cape in Dauid. Quantus ſanctus? ſufficit diuinum de illo teſtimonium: *Inueni hominem ſecundum cor meum*, ita in omni materia præmunitus, vt illum Deus quaſi magiſtrū ordināit, omnigenis populis, vt omnes inſtruat ſtatus, & in quolibet genere occaſionum, ita vt liber Pſalmorum eius quaſi vniuerſale ſit armamentarium, in quo arma reperiat & paruulus & magnus, nobilis & plebeius, diues & pauper, ſanus & infirmus, innocens & pœnitens, iuſtus & iniuſtus. Sæpe animo reuolui, inquit D. Chryſ. nec ſine admiratione quid cauſæ ſubeſſe poſſit, quòd ex omnibus SS. libris legis, Prophetarum, Euang. & Epiſt. Canonicarum, nullos frequentior ſit quolibet tempore, quibuslibet diebus, omnibus horis, omnibus ſtatibus, omnibus perſonis, & omnibus occaſionibus, iucundis & iniucundis, gaudij & doloris pœnit. & referendi gratias, quam liber pſalmographi Dauidis: *Mihi ſæpe numero admirari contingit & mecum mente confundor cogitans & dicens: cuius rei gratia præ cæteris veteris teſtamenti ... ſcripturis librum Dauid ſic adamarunt ... Chriſtiani atque hunc ſolū ore voluerunt ...*

Inſignis legiſlator fuit Moyſes, Deum vidit facie ad faciem, cum eo conuerſatus eſt velut amicus cum amico. Creationem mundi nobis deſcribit & quis eum creauerit: noſtris oculis obijcit omnia, cœlos ſuis ſtellis fulgidos, aera ... repletum auibus, aquas piſcibus ſuis fœcundas, terram plantis ſuis abundantem, quod tamen non niſi ſemel in anno legit Eccleſia. *Moyſes magnus fuit legiſlator & ... liber eius maximus eſt, vtque ſemel cū annis ſingulis per Eccleſias legimus.* Obijcies: nihil mirum, cum ſit veteris teſtamenti. Ad nouū igitur accedamus. Quid magis ſolemnius ipſis SS. Euangeliis in quibus nobis referuntur opera prodigioſa & miraculoſa Saluatoris, quæ totū mundū rapiunt in admirationē, & ea quæ pro noſtra fecit redemptione? *Quid autem ad lectionē SS. Euangeliorū vbi miracula præſertim Chriſti prædicātur, vbi Deus cū hominibus conuerſatur, vbi mors deſtruitur, vbi dæmones præcepto fugātur &c. Vbi vitā noſtram Chriſtus renouat, & renouans ad ſalutē genus hūanū renouat dicēs: Beati pauperes &c.*

Et

Et hæc, inquit ſemel vel bis in hebdomada legimus. Obiicies, inquit: hæc regia ſunt, magnæ reuerentiæ, & nequaquam quotidie proferenda: *Dices Diademata regalia non decere quotidie in publicum proferre.*

*Quid ad B. Paulum rhetorē, mūdi piſcatorem, qui quatuordecim per epiſtolas, velut ſpiritualia retia ad ſalutem cepeat, &c.* Qui raptus fuit in tertium cœlum, cui Deus ſuorum myſteriorū commendauit prædicationē. *Atq; hunc bis per hebdomadam legimus, etiã non ferimus Epiſtolas in ore, ſed bis tãtum duntaxat, accommodamus intellectum, &c.* Porrò Scripturam Dauid eiuſq; Pſalmos habemus præ manibus, ſemper in ore nocte & die: in noctè cum Dauid exordimur, cum Dauid in meridie progredimur, & cum Dauid abſoluimus: *In Eccleſijs pernoctantibus & primus, & medius, & nouiſſimus eſt Dauid.* Manè ſurgentes ad aurorā cum illo inchoamus, in meridie progredimur, & terminamus: *Diluculo quæruntur modulationes & primus & nouiſſimus eſt Dauid.* Idem aſſeruit D. Ambr. præmiſſo longo diſcurſu. *Diei ortus pſalmum reſultat, pſalmum reſonat occaſus, mulieres in Eccleſ. Paulus tacere iubet. Pſalmum etiã bene clamant, Hic omni dulcis ætati, hic vtrique aptus eſt ſexui. Hunc ſenes vigore ſenectutis depoſito canunt, hunc veterani triſtes in cordis ſui iucunditate reſpondent. Hunc iuuenes ſine inuidia cantant laſciuiæ. Hunc adoleſcentes ſine lubricæ ætatis periculo, & tentamento concinunt voluptatis, iuuencula ipſæ, &c.*

Si feſta celebramus feſtiuis gaudiis: Primus, & medius & nouiſſimus eſt Dauid. Si funebres triſteſque planctos: *Primus, & medius, & nouiſſimus eſt Dauid.* In Eccleſiis Cathedralibus: *Primus & medius, & nouiſſimus eſt Dauid. In Monaſterijs ſanctis choris Angelicarum acierum, primus & medius & nouiſſimus eſt Dauid. In cœnobiis virginum primus, & medius & nouiſſimus eſt Dauid, &c.* quid hoc ergo ſignificat? quæ huius cauſa? quia, reſpondet, eius Scriptura, doctrina eſt vniuerſalis, quæ omnes inſtruit, docet, & armat contra omnes occaſiones, triſtitiæ, alacritatis, tentationum diaboli, deliciarum Dei, deſerendi peccata, virtutem ſequendi, principium vitæ ſpiritualis inſtituendi, proficiēdi, atque ad eiuſdem tendendi perfectionem: *Noſtram vitam omnibus ornat muneribus, omnibus omnia factus, noſtram denuo vitam Angelicam reddit. Pueros coadoleſcens, iuuenes ad prudentiam prouocans, virginibus pudicitiam largitur, ſenioribus permitatem donat, peccatores ad pœnitentiam prouocat, eos qui per pœnitentiam profecerunt, roborat, eos qui beneficia receperunt ad gratiarum actiones excitat, eos qui multoties peccauerunt ad confeſſionē reuocat, miſericordiam à Deo cupientes edocet, pœnitos ad Sacerdotium confirmat, ad iudicium tractos docet in timore, ab inimicis conuerſos admonet expectantes & gratias agentes maiores ad gratiarum actiones excitat.* Diſcurſum hunc quaſi verbaliter repetit D. Auguſt. & hanc inde concluſionem elicit *Pſalmorum liber omnis quidem bonæ doctrinæ theſaurus eſt, aptè ſingulis neceſſaria ſubminiſtrans.* D. Aug. In prolo. ſup pſal. Tom. 8.

14 III. Dauidis prærogatiuæ.

Nunc igitur cum D. Chryſoſt. virum perpende tantâ præditum ſapientia, à Deo ſic inſtructum, à Spiritu S. ſic illuminatum, vt omnibus nobis ſit magiſter, omnes doceat, omnibuſq; arma ad quaſlibet ſubminiſtret occaſiones. Poſt hæc attende quòd fuerit velut nauis curſu velociſſima, vt pluſquam triginta milliaria per horam cucurrerit, ita præmunia, tot ieiuniis, vt pedibus conſiſtere non valeret, carne languente. *Genua mea infirmata ſunt à ieiunio:* tam aſpero cilicio, vt dicat: *Ego induebam me cilicio:* Talibus vigiliis, vt mediæ noctis ſilentio de ſtrato ſurgeret oraturus: *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi:* & ipſe prior excitatus ipſas vigilias anticiparet: *Anticipauerunt vigiliæ oculi mei:* tanta vitæ auſteritate, vt pani tantum miſceret cineres, vt magis cinerem quàm panem manducaret: *Cinerem tamquam panem manducabam; & potum meum cum fletu miſcebam.* Tot donis à Deo cumulatus, totque onuſtus beneficiis, vt exclamaret omneſque inuitaret, quatenus cum illo laudes Deo canerent gratiarum: *Venite audite & narrabo, quanta fecit Deus animæ meæ.* Talis hæc nauis prætoria vnico turbine exurgēte ex vnius mulieris ſolo contuitu, quomodo in profunda demergitur! Rupes ex diuina ſic manu ſolidata, vt in regno illam ſtatuerit, qualiter illam procella motus vnius deiecit impudici, vt Dauidem per tot peccata præcipitem egerit, vt arguatur laſciuus, carnalis, proditor, homicida, petra ſcandali, clauum ſic abiiciens regiminis, vt niſi Deus illi Nathan miſiſſet Prophetam, qui illum illuminaret, actum fuiſſet de illo in æternum. Ad quid hoc dico? Nūquid fortaſſe mens eſt (inquit) Dauidem laceſſere conuitiis? Nequaquam; ſed teipſum illuminare: *Num Prophetam carpo? Abſit, ſed veſtram roboro vitam.* Quomodo te præmonens, vt tibi conſulas ſi namque Dauid talis tantâ ſapientia, & non minori ſanctitate cōſpicuus caſu lapſus ſit adeo lamentabili, & ad vnicum ſolummodo venti flatum, tam periculoſum incurrerit naufragiū, tu timeas, & in omnibus regeras prudenter occaſionibus, conſilio Apoſtoli

Pſal 108. 24. Pſ. 34. 13. Pſ. 118. 62. Pſ. 76. 5. Pſ. 101. 10. Pſ. 65. 16.

IV. Nihilominus tā turpiter cecidit.

1. Cor. 10. acquieſcens: *Qui ſtat, videat ne cadat.*

2. p. Paſto. cura 4. Pſal. 118. 107.

Nec hoc mireris (inquit D. Greg.) quod te de hoc præſcius admoneam, cum ipſe Dauid nos idem admoneat, dicendo & ſua repræſentando promiſſa & propoſita in verbis illis: *Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ*: ſtatimque adiungens repentinũ lapſum ſuum, quo periiſſet in æternum, niſi miſericors Deus ſuos ad illum oculos reflexiſſet: *Humiliatus ſum vſquequaque Domine, viuifica me ſecundũ verbum tuum.*

V. Similiter & Salomon.

Qualis nanis fuit Salomon diuinis ita donis præmunita, ſapientia, diuitiis, gratia, prudentia, vt nomen præferret, Amabilis Domino, & quàm profundè demerſa & contracta impudica ſocietate feminarum? quàm dolenter colliſa inter inhoneſtas cõuerſationes? Rupes adeò firma donis cœleſtibus talibus euerſa paſſionibus, quibus ad impudicitias & varia trahebatur crimina, vſq; dum in abyſſum mergeretur idololatriæ, ſimulachra erigens Deorum, illis incenſum adolens, illa adorans; quid tu rerum ages, ſciſcitatur D. Chryſoſt. nanis lacera, colliſa, cui nec firma ſit virtus, nec eius conſtans exercitium, nec ſcias quid pœnitentia; quid ſit prudentia? Nauim intuere Eccleſiæ prætoriam, ita præmunitam, vtpote ab ipſo Chriſto ſuis adiutam patrociniis; cum Paulo ante S. ſumpſiſſet Synaxim, toties præmonitus, cum tanta promiſſa vſque tertiò confirmaſſet, ita circumquaque agitatur leuis timoris turbine in domo Pontificis; & vna cũ turba diſſoluta ſcurriſque conuerſatio, illum in tam immenſum demergit profundũ, vt Chriſtum perfidus eiuraret.

Si rupem hanc maximam, ſuper quam fundandæ erant totius orbis Eccleſię, minimus ventus, ex ore perflans vilioris ancillæ oſtiariæ, deiiciat, trahens illam & diſpergens de vna negatione ad alteram: quid in te mortalium miſerrimo efficiet, ſtramine arido, quod quilibet in diuerſa rapit, ſpargitque ventus:

Iob 13. 15. *Sicut folium quod vento rapitur?* etenim quilibet affectus & paſſio ſi te exurgẽs impetu te rapiet vehementiori. Audito ſolum verbo, quam vehementer te bilis iraque concitat? vnius regalis tantum lucrandi exiſtente fiduciâ, qualiter ad hoc te rapit auaritia? quod ſi alteram videris vel ſenſeris, quæ tibi placeat, quàm ardenti ſuccenderis ea potiundi concupiſcẽtia?

D. AMB. Orat. de fide Reſurrect. Tom. 4.

*Si Petrus tentatus eſt*, (inquit D. Ambroſ.) *Quis præſumat qui aſſtruat ſe non poſſe tentari?* Vocat tentatum, eſſe à tentatione ſuperatũ: *Lapides ſancti voluuntur ſuper terram*: vt dixit

Zach. 9. 16 iuxt. Septua.

Zacharias & ſupra declarauimus. Tu quid efficies qui non rupes es ſolida, ſed palea infirma, & foliorum arida congeries? Cautè ambula, fuge occaſiones, corpus tuũ ſuffurare periculis. Cadit Petrus ad primam & ſimplicem ancillæ oſtiariæ vocem, & grauiter offendit Chriſti renegator: tu quid ages tam longa & continuata miſcens cum adulatrice colloquia? An tuis fidis propoſitis? An te ſecurum reddunt tua Confeſſario facta conſtantiæ iuramenta? Num te in pericola præcipitas tuam in te conſiderans animoſitatem? Dauidem intuere, Petrum intuere.

VI. Allegoria et verba Dauid.

Fortiſſimum proponebat Saüli Dauid argumentum. Voce denuntiat Saül præconis: quod illi, qui ad ſingulare deſcenderit certamen contra Goliath, cumque ſuperauerit, qui verbis faſtum nimium ſapientibus Dei populum quotidie prouocabat, filiam ſuam daret in vxorẽ, diuitiis ditaret affatim aliiſque prærogatiuis. Prodit in medium Dauid primæ lanuginis adoleſcens, atque Domine mi Rex: ego monſtrum hoc earum ſingularis aggrediar. O fili mi, reſpondet Saül: puer es, & clumbus, nec tibi vires tam ſuperbo compares ſunt inimico. Non ſũt, inquit Dauid: notum ergo ſit tibi, Rex, quòd ego, quem hic præſentem cernis aggreſſus ſim leones, vrſoſque fortiſſimos, & cum illis congreſſus his ſolis digitis, quos vides, illos confregerim, & victor ſuffocauerim: erit igitur hic Gigas vt vnus ex illis, cum non niſi carneam præferat turrim, eumque proſternam licet adoleſcens: *Veniebat* (audi loquentem Dauid) *Leo vel vrſus & conſurgebant aduerſum me, & apprehendebam mentum eorum, & ſuffocabam, interficiebamque eos. Erit igitur Philiſthæus iſte incircumciſus, quaſi vnus ex illis.* 1. Reg. 17.

Harum manuum viribus ceciderunt leones atrociſſimi, toti neruis oſſibuſque conſtantes: & vrſi corruerunt robuſtiſſimi, toti ænei, & non deiicient, non proſternent hunc carne molli, & languida conſtantem, imo inconſtantem: cuius maximæ vires non niſi ſuperbia & arrogantia verborum ſunt oſtentamẽta? Idem vobis amici propono. Cauete vobis à tentationibus & occaſionibus, nec veſtris fidite propoſitis. Ad earum ceciderunt impetum viri, q; fortiores, quinimò & ad digiti earum contactum leones & vrſi, robuſtiores & animoſiores, quorum oſſa virtutum erant fortiſſima, & in earum operibus ſupra modum exercitata? Eris & tu velut eorũ pygmæus: cum non niſi turris ſis carnea deſideria tua, tuæ cogitationes, tua propoſita, cuncta infirma ſint, languida, & abſque viribus eneruoſa.

§. 6. Petr-

*§. 6. Perſeuerantia in bono donum eſt Dei, & turpiùs cades, quàm D. Petrus, ſi ille manum ſuſtollat.*

15 HVic rationi iungatur illa, quem expendũt D. Chryſoſt. & D. Auguſt. à Domino permiſſum hunc Petri lapſum, vt tibi cõſpicuũ ſit, quòd ſine ſingulari Dei auxilio & fauore efficaci diuinæ eius gratiæ non perſeueraturus in bono: & quantumlibet tibi firmus conſtanſque videaris, ſi ipſe propter peccata tua, vel ſecretum ſuum iudicium, ſuſtollat vel puncto temporis manum ſuam, deorſum decides, & de peccato corrues in peccatum, donec in abyſſum denegatis inextricabilem, vt ſuperbis illis contigit philoſophis, quos refert D. Paul qui viribus ſuis confiſi contra Deum turgentes inſurrexerunt. & ipſo manum ſuæ gratiæ ſubtrahente, de peccatis in peccata prolapſi ſunt vſque ad abyſſum profundiſſimam. Adduco D. Chryſoſt, *Permiſſus eſt Petrus, cadere, vt intelligas quàm imbecillis ſit humana natura cum Deus deſerit: Ideo beatum Petrum paululum Dominus ſubdeſeruit* (ait D. Auguſt.) *vt in illo totum humanum genus poſſit agnoſcere nihil ſe ſine Dei gratia prævalere. Quid enim homo ſine Dei gratia poſſit timor beati Petri Apoſt. euidenter oſtendit. Per ſolum enim liberum arbitrium non addito etiam Deo adiutorio, promiſerat, ſe pro Domino moriturum. Sed quid eſt homo ſine gratia Dei, niſi quod fuit Petrus cum negauit Chriſtum, & niſi quod ait Propheta: Omnis caro fœnũ?* Si Deus ſubtrahat manum ne quamlibet mireris ineptiam & nequitiam, quam videris euenire. Præfatus D. Chryſoſt. ſermonem edidit, quo docet nos, qualiter vti debeamus Dei donis & Sacramentis, & primò ſupponit duo requiri ad ſalutem noſtram: gratiam & diuinæ manus auxilium noſtramq; diligentiam: nec enim illa ſine hac operabitur, nec hæc ſine illa ſuum ſortietur effectum: *Sicut ad perfectionem noſtrã dilectiſſimi promptitudo noſtra non ſufficit, ita nihil à ſuperno lucramur auxilio ſi promptitudo noſtra defuerit.* Hoc tibi teſtãtur inſignes duo Apoſt. Iudas & Petr. Iudas mille beneficia donaq; diuinæ ſuſcepit gratiæ, liberalem ita manum Dei ſenſit, quã tam ineffabilia illi dona conceſſit, vt omnem excedant Hyperbolẽ: porrò defuit eius cooperatio, & promptitudo, illamq; ſidelam in nullo magis oſtẽdit, quàm in ponendo obice diuinæ gratiæ auaritiã ſua diabolica. Petrus ſe apprimè ſolicitum promptumq; oſtendit, animo determinato, proponens, & promittens: porrò defuit illi diuina gratia: nam abſcondito ſuo Deus iudicio, & ex rationibus quas præmiſimus, manum ſuam ab eo ſuſtulit: vnde lapſus eſt de malo in peius deuolutus. Adeſt D. Chryſo. *Hæc vtraque Iudas oſtendit & Petrus: ille neq; multo potitus adiutorio, nihil profecit; quoniã noluit, neq; quod ſuũ erat, exhibuit: hic autẽ & valde promptus poſtquã nullũ nactus eſt auxiliũ, cecidit.* D. Chr. Loc. cit.

Hinc elicit D. Chryſo. certam concluſionem quam S. docet Theologia, quòd bene operari, atque perſeuerantia in bono, non pendeat de ſolo noſtro libero arbitrio, ſed ita de manu Dei, vt ſi vel puncto temporis illã ſubtrahat vires non ſit habiturũ vt ſe vnico contineat momento in bonis propoſitis quantũlibet nobis firma fuiſſe videantur. Animalia myſtica vatis Ezech. latas longaſq; habebant alas, & incedebant magnum illis excitantia ſtrepitum, tantaq; velocitate feſtinæ vt verius diceretur volare quàm progredi. Porrò illa conſpiciente Proph. manifeſtũ fuit, quòd ſingula ſub alis manus haberent fortiores quibus ſuſtentabantur, & eorum curſus innitebatur, ita vt ſi manus vel paululũ deuiaret, ſtatim ala concideret, quantumlibet antea robur demonſtraſſet: etenim quantumlibet fortia ſint propoſita promiſſa, & generoſi hominum animi, quibus ſpondent, offerunt, & cõfirmant; ſi diuinæ gratiæ manus deficiat, ilicò in terram collabentur: etenim non mentitur ille qui dixit: *Sine me nihil poteſtis facere.* Subtiliter expreſſit hoc Dauid multis locis, ſed duobus potiſſimum. Primus eſt, quẽ trutinat D. Auguſt. in quo de ſeipſo loquitur in illo pſalmo, quem inchoat gratias Deo reddens, quòd ſe ſub diuina ſua ſũptiſſet protectione defendendum: *Exaltabo te Domine quoniam ſuſcepiſti me, &c. Domine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem.* Quis eſt ille animæ decor, niſi bona propoſita, piaque ſeruiendi Deo deſideria, eius ſe mancipandi ſeruitio toto animæ conatu, vt caſta ſit, honeſta, iuſta, temperans fidelis vt decet eam quæ Deum vt ſponſum ſponſa cõplectitur? Sunt hi capilli qui naſcũtur de capite elati ſicut capræ de monte Galaad, qui reddebant ſponſam adeo formoſã vt oculos ad ſe traheret ſponſi, Pulchri ſunt, tamen capilli ſunt, ac proinde adeo debiles, vt ventus eos abripiat, & nouacula reſcindat data qualibet occaſione, ſicut crines Samſonis in ſinu Dalilæ dormientis. Venuſtus gratuſque eſt hortus, quando diuerſis, variis & ſuaue fragrantibus vermiculatus redolet floribus: porrò rama cuncti languent infirmitate, vt eos ventus conſumat Aquilonaris & ardor ſolis arefaciat vehementior. Noſtra talis eſt pulchritudo.

Heu quã facili negotio tua euaneſcũt propoſita?

Marginal notes (left): Chryſ. Ho. 83. in Matth. c. 1. — D. Aug. Serm. 124. de temp. — 1. In lapſu D. Petri conſideratur gratia & natura. — Chryſ. ho. 83. ad populum.

Marginal notes (right): D. Chr. Loc. cit. — II. Perſeuerantia in bono non dependet à ſolo libero arbitrio. — Ezec. 1. 8. — Ioan. 15. 5. — Li. de nat. & grat. contra Pelag. c. 27. — Pſa. 29. 8. — III. Probatur ex Dauid.

ſita? Quàm cito promiſſorũ abiicis memoriam? Quàm breui tempore tua langueſcunt deſideria? Quàm velociter generoſi tui deferuent animi? Quis huic vires dabit roburque pulchritudini? Deus ſua mera ac libera voluntate & dono gratuito: *In voluntate tua*: donum etenim perſeuerantiæ in virtute non cadit ſub meritum, ſed tantum procedit de gratia, & Dei ſubſidio, vt probat D. Thom. & hoc eo modo, vt quàm primum hæc gratia deficit, omnia continuò ſubuertantur: vnde confeſtim adiungit Dauid quod in principio propoſuimus, & opinatur D. Cypr. a. D. Bern. b. cum hoc plorando dixiſſe: *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus*: nam ſicut eo momento quo Deus manum ſuam auxiliarem de cuſtodia retraxit Hieruſalem, hæc ita elanguit, vt tota eius peſſum ierit pulchritudo, traditaque fuerit crudelium præda manibus inimicorum: ita, inquit D. Greg. contingit animæ: qualibet enim præfulgeat pulchritudine in propoſitis ſuis, piaq; ferueat intentione, ſi Deus auxiliarem ſubtrahat manum, cum Dauide ſtatim eſt inferendum. *Tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.*

a Serm. de Cœna Dom. b Serm. 21 in Cant. 4. Paſt. c. 1 Pſ. 77. 61.

Secundus locus ille eſt, in quo Dauid loquitur de omnibus Sanctis, de quibus cum dixiſſet: *Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iuſtitia tua exaltabuntur* (continẽt hæc verba multa myſteria propoſito noſtro congrua) ſubiungit: *Quoniam gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum*, duo dicit. Primum Domine, *Gloria virtutis eorum tu es*: quia quæcumque bona faciunt, eorum tibi debetur honor & gloria, cùm ille ſis, qui virtutem hanc ſuſtines & corroboras. Eſt gratia tua anima corporis noſtrorum bonorum propoſitorum, cogitationum & operum: quidquid enim placet pulchri, formoſi valoris & conſiſtentiæ in corpore, cunctiſque eius ſenſibus, procedit ab anima, & quantumlibet præclara videatur oculis pulchritudo, potentia, robur q; corporis, eo momento deficit, quo deficit anima, & in puluerem conuertitur: talis eſt tua gratia & auxilium reſpectu eorum quæ in nobis bona pulchraque laudantur.

Pſ. 88. 18. IV. Iterum ex alio pſalmo.

Secundum eſt: *In beneplacito tuo* Domine *exaltabitur cornu noſtrum*, id eſt noſtra potentia. Vocat S. eloquium cornu, robuſtam potentiam, & vires: quia animalia cornuta, ſuas in illis vires habent maximas, & potentiſſimas: quo ſymbolo Dauid noſtrum indicat liberũ arbitrium: quod omnium eſt fortiſſimum & potiſſimum in homine, cui nec ipſi ſupremi Angeli vim inferre poſſunt aut violentiam vel minimam: q. d. Domine, in tantum erigetur, & extolletur noſtri virtus roburque liberi arbitrij, in quantum tu illud ſuſtinebis pro mero diuinæ gratiæ tuæ beneplacito. In tantum tuum poteris eleuare intellectum, & voluntatem ad opera meritoria & virtutem perfectam erigere, in quantum Deus tibi ſuccurrit cœleſti ſuo fauore beneficos, & ſuâ ſuſtinens gratia, & hoc pro beneplacito ſuo: ſi namq; manum ſuam ille retrahat, totum collabetur. & in tantum tua poteris ſuſtinere pia propoſita, & in Dei famulatu promiſſa, in quantum ille pro beneplacito ſuo diuino, tibi ſuo fauore ſubuenerit.

Ad perpendiculum appendit D. Auguſt. hæc verba Pſalmographi: *Niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerũt, qui ædificant eam. Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.* Ad duo neceſſario requiritur manus Dei, ad ædificandam domum, & cuſtodiendam: & quãuis fortiter ſit ædificata, ſi tollat ille manũ ſuam, quidquid ædificatum erat, corruet, & in puluerem comminuetur. Quid his indicas? opus nobis eſt Dei manu vt ſimus Chriſtiani. Quiſque Chriſtianus domus eſt huius ciuitatis Eccleſiæ. Si Deus hanc non extruxerit domum, fruſtra & in vanum cœmentarij laborabunt. Quid arbitraris (inquit D. Auguſt.) eſſe prædicatores, & gnauos Dei miniſtros, niſi cœmentarios, ad harum domum conſtitutos erectionem? Bene quidem poſſunt omnes omnium manus pari diligentia laborare ad opus, porrò niſi ſuam adiungat Dominus, telas ædificant texuntque aranearum: *Laboramus nos* (verba ſunt D. Auguſt.) *tanquam operarij ſed niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.* Fundamentum enim domus huius, ait præfatus S. in corde locandũ eſt, atque in intimis eius, Deus autem ſolus eſt, qui poteſt in eo efficaciter operari: *Nos loquimur foris, ille ædificat intus.* Ita tibi perſpicuum erit nam dum expertus, prudenſque architectus D. Paulus (hoc namque ſeipſum nomine inſcribit: *Sapiens architectus*) opus ſuum inſtanter vrgeret, erigebatur domus illa notiſſima cuiuſdam mulieris quæ præſens intererat auditorio: ipſe Paulus foris labori vacabat non ſegniter, ad aures loquens corporis & Dominus intus iaciebat in corde fundamentum: *Prædicante Paulo, aperuit Dominus cor mulieris, vt intenderet his quæ dicebantur à Paulo.*

Itaque

17 Itaque quidquid boni exſurgit, quodcumque opus pium, quodcumque ſanctum propoſitum, quodcumque prudens deſiderium ædificauit, diuinæ manus virtuti eſt adſcribendum: porrò non ſolum neceſſaria eſt ad ædificij huius erectionem, ſed etiam ad eius conſeruationem & cuſtodiam: etenim quantumlibet bene ſit erectũ & conſtructum, ſi ipſe ad hoc non aſſiſtat, inani labore vigiles inſiſtent. *Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem fruſtra vigilat*, &c. hic neceſſaria manus eſt operarij vt opus fiat, & vt palatium vel turris erigatur: verùmtamẽ iam opere perfecto, hæc vltra non requiritur: quia opus ex ſe ſubſiſtit, ſeque ſuſtentat. Ita credidit Hæreticus Pelagius in bono naturæ noſtræ euenire; quòd ſcilicet Deus illi det eſſe, ipſe creet, & infũdat animam, ipſe intellectum & volontatem largiatur; porrò his cõceſſis, ipſa ex ſe ſufficiens ſit ad virtutem, & bonum operãdum, atque in eo ſe conſeruandum. Mentiris hæretice *Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem*, &c. Deus eſt cuius manus requiritur, vt bonum exurgat propoſitũ, ſanctum deſiderium, firma volũtas & determinata ad bonum: porrò non hic ſiſtendum dicimus, inſuper & ipſa manus requiritur, ad fouendum & conſeruandum quod fecit: etenim argumentandũ eſt in rebus in eſſe ſupernaturali & gratiæ ſicut in eſſe naturæ. In hoc non tantùm neceſſaria eſt Dei manus, vt eſſe ſuum cœli habeant, elementa, viuentia, & quidquid eſt, ſed etiam vt conſeruentur: quod ſi manum ſubtraheret quidquid factũ eſt, in nihilum reuerteretur. Hoc eſt quod ait D.

Ioan. 1. Ioan. *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Quidquid eſt, per manum eius factũ eſt, & ſi hæc deficeret omnia annihilarẽtur.

Pſal. 118. Appoſitè diſcutit Cardin. noſter Caiet. illud Pſal. *Tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam.* Quid ais ô Propheta? Apud nos operarius apponit manum ſuam vt opus faciat, porrò abſoluto illo, manum retrahit: etenim ſi factum ſit, & bene factum, non eſt quod eam amplius apponat quidquam elaboraturus: ita res ſe habet in noſtris operariis: verùm in Deo de neceſſitate manus eius requiritur, quò fiam, & de eadem neceſſitate illa opus eſt, vt factus iam in eſſe conſeruer. Non ſolũ manus tua concurrit mihi tribuendo eſſe, & formando naturam, ſed etiã iam formatum per illam me conſeruas, illam ſuper me ponis: etenim eo momento quo illam tolleres, perirem ego & in nihilum conuerterer. Hoc idem tuum ſit in eſſe ſpirituali iudicium. Deus eſt, qui bonum tibi ſuggerit propoſitũ, pium infundit deſiderium, firmamque in eius famulatu intentionem: porrò neceſſarium eſt, vt ipſe hoc conſeruet ſuâ mera gratia perpetuum, & ſi manum abſtrahat, actum eſt, omnia in auras euaneſcunt. Exemplo tibi ſit D. Petrus. Quis eius videat propoſita adeo determinata, promiſſa adeo ſecura, pectus eius adeo generoſum, proteſtationes toties repetitas, atque ex corde confirmatas, quòd millies iuraret, quòd cœlũ prius rueret & terra moueretur, & ſol ortus ſui mane non recordaretur, & occaſus ad veſperam obliuiſceretur, quàm ipſe illius quod promittebat, & nullus tranſactis poſt hæc annis, nullis menſibus, nullis diebus, ſed breuiſſimo temporis interuallo, eadem nocte, infra tres horas, quàm primum Dominus manum ſuſtulit abſcondito iuſtoque ſuo iudicio, vel vt immoderatam eius reprimeret iactantiam, vt dixerunt D. Baſil. *a.* & D. Aug. *b.* quàm turpiter lapſus eſt, quàm profundus ille caſus? Vnum & alterum expendens D. Chryſ. ſic ait: *Magnum dogma à Petro didicimus: quia videlicet nullo modo hominis voluntas ſufficit, niſi auxilio ſuperiori roboretur.* Non hic prætereas, verbum hoc: *Magnum dogma.* Hoc primum eſt omnium principiorum, & propoſitio, atque magnum in S. Theologia axioma quod ſi Deus mero ſuo beneplacito & gratiâ non accurrat per diuinum omnipotentis manus ſuæ ſubſidium, quo bona noſtra deſideria potenter ſuſtineat, operaq; pia fulciat quæ cœpimus, nobis cœleſte tribuens donum perſeuerantiæ, omnia corruent, nec omnes creaturarũ vires nos valent vel temporis puncto à caſu ſuſtinere. Hinc illa Sanctorum cura quâ fugam arripiebant, & occaſiones ac pericula ſedulò vitabant, caſum ſibi in eis lapſumque formidantes, cauentes ne coram Deo præſumptionis accuſarentur, quam alij iudicant eſſe fiduciam; ne ſi in eius ſupplicium, manum ſuam ſubtrahat, cadant, & cum D. Petro tentatione proſtrati ſuperentur.

VI. D. Petri promiſſa quàm magna, & turpis lapſus.

a Reg. [illegible] ſermo breuis.

b Lib. de natur. & gra. c. 27. & 18.

D. CHRYSOST. Hom. 82. in Ioan. Tom. 3.

## §. 7. *Meritò timent ſancti tentationes: vigilate & orate, vt non intretis in illas.*

18 QVerebantur aliqui, & conuitiis lacerabant indignis D. Cypri. quòd feruente perſecutionis æſtu contra Chriſtianos in ciuitate ſua Carthagine, ipſe fugam arriperet, & corpori ſuo conſuleret: cum ipſius hoc adſcriberent ſocordiæ, mentiſque tepiditati, tantò magis reprehenſibili, quantò ipſe, qui Paſtoris officio fungebatur, ceteros præcedere teneretur, ouium exemplum duxque anteſignanus. Vt huic obiectioni reſpon-

reſponderet Epiſcopus SS. librum edidit *De lapſu*, & epiſtolam ſcripſit ad Clerum Romanum, in qua huic querelæ ad vocum ſatisfacit dicens: potius prudentiæ deputandum quòd ſe ſubtraxerit temporis acerbitati: etenim laude dignum eſt virũ in periculis timere, nec illis ſe temerarium opponere confidentiâ quadam præſumptuoſa: quia in bono & virtute perſeuerantia, atque in occaſionibus conſtantia, donum eſt, inquit, Dei ſingulare, qui hoc concedit, cui ſibi beneplacuerit & aliquoties manũ ſubtrahit ſecreto ſuo iudicio, caditque tunc homo miſerabiliter: *Corona ex Dei dignatione deſcendit.* Coronam non obtinet initium, & propoſitum, ſed in prœlio perſeuerantia, & animoſa conſtanſque victoria: hanc autem perſeuerantiam ignoro an illam mihi Deus ſuâ gratiâ ſit largiturus, vel ob demerita mea negaturus.

D. Cyp. Epiſt. 15.

I.
D. Cyprianus iuſtè potuit fugere perſecutiones.

Ad huius confirmationem quorũdam adducit exẽpla, qui feruentioribus animati propoſitis, & iteratis ſolidi promiſſis, ad primos tamen lapſi ſunt congreſſus & aliorum qui ſiquidẽ in primo certamine victores, in ſecundo tamen victi corruerunt. Hoc ſuppoſito iuſtum, inquit, vt cautè ſibi Chriſtianus timeat, & vereatur ne cum ſubiicietur occaſioni, in reatus eius ſupplicium, aut temerariã fiduciam, vel alia peccata Deus manũ retrahat auxiliarẽ, ex quo eius animæ poſſit totale ſequi naufragium. Hoc inquit D. Bern. rogauit David iuſtos omnes, vt timerent: *Timete Dominum omnes ſancti eius.* Vt quid ergo ſancti timeant? Timeant peccatores, qui Deum offenderunt, itamq; eius prouocarunt porrò ſancti, vnde ſibi formident? Quia licet de præſenti non ſubſit timendi occaſio, ſemper attamen ſint de futuro ſoliciti, nimi forte Deus manũ ab illis ſubducat, cadantq; turpiter: *Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit, nec ſub a illa cæleſtis & legem certaminis ab ore ipſius legiſlatoris auſcultã. Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Neſcis quis ſit perſeueraturus, neſcis quis legitimè certaturus, neſcis quis coronam accepturus.*

Pſ. 33. 10.

D. Ber. Serm. de omnibus Sanctis.
1. Tim. 2. 5

II.
Exẽplum de 40. Martyribus nos terreat.

Quis hiſtoriã intellexit quadraginta Martyrum, & vehemẽter non obſtupuit? Referunt hanc & expendunt duo illi celebres germani fratres D. Baſil. & D. Greg. Nyſſ. cui totos eloquentiæ ſuæ neruos impendunt: eorum enim vnus diſertiſſimum de his ſermonẽ inſtituit, alter vero binos. Cum Licinius Impera. vltra modum Chriſtianos ad necem perſecutor quæreret in vrbe Sebaſte Armeniæ, omnem ſuum furorem bilemque conuertit in eorum quadraginta, qui ſe ceteris præferebant animoſiores: Quos cum diſtinctis cruciſque examinaſſet cruciatibus, decreuit nudos illos nocte ſtagno inficere congelato, flante Aquilone frigidiſſimo. Omnes illud ingreſſi ſunt animo conſtantes & alacres, ſibi mutuo congratulari. *Quorum*, teſte D. Baſil. *omnium vnanimis hæc oratio. Domine, quadraginta in ſtadium ingreſſi ſumus, quadraginta iſtũ Domine, coronis donemur, ne vna quidẽ huic numero deſit.* Eſt Domine numerus hic tuo iemplo conſecratus, ſimiliter & Moyſis hunc numerũ celebraſti in terra de ſepulchro rediuiuus, huic nec vnus adimatur. Cũ igitur Regis decretum executioni mandaretur, omnibus ſtagnum hoc frigidiſſimum animoſe perferentibus, ac dormientibus cuſtodibus, vnus ſolus ianitor vigilans, vidit Angelos cœlo delapſos ſolis fulgorem ſuperantes, triginta nouem coronas deferentes. Obſtupeſcit vltra quàm dici poteſt, & ait: Quid hoc rei? Si coronæ deputatæ ſunt illis quomodo non niſi triginta nouem deferuntur, cum illi tamen ſint numero quadraginta? Hæc cum mente volueret vnum adiutum et præfatis quadraginta animo languentem, & frigore conuictum qui Chriſtum negare ſe proteſtatur, auxilium poſtulans, quo de ſtagno ſalui eripiatur, & tepefacto balneo ibidem præparato fouendus inniciatur: erat hoc balneum Chriſtum negantibus deſtinatum. Mirum in modũ illi triginta nouem affliguntur hoc aſpectu, & effuſis lacrymis eius cœperunt ouis perditæ lugere calamitatem, conuerſiq; ad Dominum inſtanter rogarunt, vt numerus ille quadragenarius ſaluus & integer nullo dẽpto perſeueraret. Inexſpectatò Deus militem hunc illuminat, qui cœlo illos viderat coronas illis deferentes, qui & ait: Quandoquidem ille languens & inconſtans in Chriſti confeſſione deficiat, locumq; illum deſerat, ego mihi illum eligo, ego eius ſupplebo vices, ego Chriſtum eiuſq; gratiam profitebor. O diuinum planè myſterium, ò facinus admirandũ! ò ſucceſſum qui fortiſſimos tremore concutiat! Quis ſibi fidat? Quis non mille curis & anxietatibus ſit de futuro ſolicitus? Hic, quid ego ſentiam, num me Dei deſerat manus & cadam, quando me credidero ſecuriorem? Quid ego noui, vtrum mihi laqueum paret diabolus, cui incautus ingruiat æternum periturus?

Hoc, inquit D. Bern. timore concutiuntur iuſti quãdiu hoc mortali corpore circumdantur, quo numquam liberabuntur, vſq; dum ad terminum ſuum gloriæ ſecuri lætiq; peruenerint: illi namque, qui illa fruũtur, dicere poſſunt: *Iam non eſt timor in finibus noſtris.* Porrò hic commorantes David alloquitur: *Timete Dominum omnes Sancti eius.*

deo omnibus timẽdum eſt: omnibus grauia imminẽt diſcrimina: *Illis dicit, quibus cuſtodia multiplex neceſſaria eſt pro multitudine periculorũ: ſiquidem non eſt iis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ, ſed aduerſus Principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Eget planè cuſtodia qui tam multipliciter non modò cominus ſed eminus appetuntur, & vbi tot pugnæ foris, non debent multi intus timores, &c. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus.* Timor hic ſeceſſum ſuaſit D. Cypr. fugamq; periculorum quæ videbat imminẽtia. Eſt hæc doctrina conformis doctrinæ Sanctorũ docentium ſiquidem homo tentationi expoſitus & occaſioni viriliter pugnare teneatur, diuinæ cõfiſus miſericordiæ, à qua ſibi ſperat adiutorium, quod pater eſt piiſſimus: nihilominus fugiat & declinet ſe illis ingerere præcauens periculũ ob non modicã ſuam infirmitatem, & ne Deus ſubtrahat manũ ſuã ob temerariã de ſua fortitudine præſumptionẽ quã ſibi nimis arrogans attribuebat, vel ob alias culpas vel ex occulto iuſtoq; iudicio.

Hoc præmiſſo credunt D. Baſil. & D. Chryſo. & D. Hilar. quod Chriſtus nobis præcepit, vt quotidie à Patre cœleſti rogaremus, *Et ne nos inducas in tentationem* ſignificaſſe, Patrẽ rogaremus vt nos ab occaſionibus, & periculis liberaret, quia illis ſubiecti timere poſſumus ex noſtra infirmitate lapſum. *Decet quidem* (ſic audio loquentem D. Chryſ.) *nos non recuſare certamina, ſed nec vltro in ea audacter inſilire, & protractos in medium viriliter ſtare oportet ac fortiter non pronuntiare quieſcere, &c.* Idẽ aſſeruit D. P. Chryſ. contemplans Angeli præceptũ ad Ioſeph: *Fuge in Ægyptum, Chriſtus fugit, vt noſtras fugas in perſecutionibus ſepararet. Martyr comprehenſus debet tenere conſtantiam, non comprehenſus debet fugere perſecutionem.* De quibus egimus Dominica prima Quadrageſimæ. Secundũ hæc remediũ legitimum & proprium præcauens in tentatione caſum, hoc eſt, vt nedũ non ſimus audaciã temerarij, ſed inſuper ad humilem confugiamus timoratamq; orationem, Dei requirentes auxiliũ, noſtram formidantes inconſtantiam, animumq; labilem, inſtanter poſtulantes, ne diuinam à nobis potens ſuæ manum ſubtrahat, quâ nos ſuſtinet & cõſortat, quia donum eſt gratiæ ſuæ liberum, & gratuitum, in virtute quam concepimus perſeuerat, atque in occaſione à lapſu præſeruari.

Quintũ ea de cauſa præcipiſit hoc ipſe medicus cœleſtis in hac occaſione, propter labilem diſcipulorum ſuorum animum, primo omnium, quam primum hortum ingreſſi ſunt: *Cum peruenissent ad locum* (inquit D. Lucas) *dixit illis, orate ne intretis in tentationẽ.* Deinde tribus aliis, cũ quibus ab aliis ſeceſſit oraturus, ſemel & bis à ſomno excitans illos, nominatim D. Petr. *Vigilate & orate, vt nõ intretis in tentationẽ. Vigilate:* quia neceſſaria eſt veſtra diligentia. *Orate:* quia ſupra modũ diuinum requiritur auxiliũ. Sic notat hęc verba D. Ambr. Quid eſt. *Orate, vt non intretis in tentationẽ?* Non illos inſtruxit, vt rogarẽt, ne tẽtarẽtur, nec occaſionibus exponerẽtur offendiculi, quinimò cunctis prędixerat iam horã adeſſe in qua omnes ſcandalũ paterentur: *Omnes vos ſcandalũ patiemini in me in iſta nocte ſcriptũ eſt enim: Percutiã Paſtorem, & diſpergentur oues gregis.* De hoc ſingulariter præmonuerat D. Petrũ, vt vigilaret, ſeriò intẽderet, & oculos ad cuſtodiã aperiret; eo quòd rabida Satanæ malitia ſolicitè circũuolaret, qui illos in laqueos conaretur irretire; vt caderet eorũ aliquis ſicut cribrator triticũ in ventilabro colligit agitando, quo fit vt nonnulla cadant grana, quæ ab auibus edenda diripiuntur: *Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticũ.* Hoc tui muneris eſt, hoc officij, vigilias agere, ſeduloq; attendere velut negotio quo nullum poteſt eſſe grauius, à quo vita tua dependet, ad Deum recurrere, vt manu ſua te firmũ ſuſtineat, & non intres in tentationẽ. *Vigilate & orate vt non intretis in tentationẽ. Spiritus quidẽ promptus eſt, caro autẽ infirma.* Perpende quod quãuis animus tibi promptus ſit & generoſus, magna tamen labores infirmitate; carne namq; cõſtas languida, & pauida; tibiq; neceſſariũ ſit Dei ſubſidiũ quo te fulciat, protegat & ſuſteret, ne cadas; proinde cõfuge ad illum, ſupplicans, vt ſua te manu ſuſcipiat ne incidas in tentationẽ. Quid eſt hoc? Non ait, petite, ne tentemini, ne periculoſæ ſubiiciamini occaſioni; iam enim decretum erat, & determinatum, quod tentarentur, & probarentur, & cribrarentur, ſed, *Ne intretis in tentationẽ.*

Venerari debemus interpretationẽ quam D. Cypr. & D. Greg. Nyſſ. ediderunt ſuper orationẽ Dominicam *Pater noſter*, & illis antiquior Tertul. & poſterior his D. Aug. Epiſt. ad hoc ſingulariter conſcriptâ. Nos impedire non poſſumus ne per portas noſtras & feneſtras non intret in nos tentatio quia hoc naſcitur ex eo quod diabolus facit, quem non valetis cohibere, aut impedire ne ſagittam vnam aut alteram vobis iniiciat, quando magis eſtis incurij vbicumque fueritis. cum enim ſit ſpiritus, quem corpus non impedit, vbi vult, patet illi ingreſſus, vbique poteſt impugnare, & ſemper paratas habet ſagittas quas eiaculatur in omnibus occaſionibus, ſi concedatis,

*Lib. 2. de vocat. gent. c. 4. ad med.*

*Matt. 26. 31.*

*Zach 13. 7.*

*Epiſt. 121. ad Probam 12. & 12.*

VI. Quid ſit intrare in tentationem.

ſi videatis, ſi bibatis, ſi negotia veſtra agatis, ſi vobis fiat iniuria, ſi diuitiis affluatis, ſi inopiâ premamini, ſi infirmi ſitis aut incolumes in omnibus vos tentat, vt diximus primâ Dominica, atque ex omnibus elicit ſua tentamenta. Porrò intrare vos in illas, de veſtra naſcitur voluntate, quæ in illas intrat, illis cõſentiendo. Non poteſt auis quantumlibet aſtuta cohibere ne paret illi auceps vnum alterum, centum & mille laqueos in arboribus, in herbis, in fontibus, in campis, in ſemitis: porrò hoc maximi refert, ne illa laqueũ ingrediatur, caputq́; ingerat: Diabolus omnium ore verſutiſſimus eſt auceps, vbicumque voluerit tendit nobis laqueos, in quibuſdam locis fortiores, quàm in aliis. Commodè nos præmonuit Spiritus S verbis illis, quæ declararunt D. Chryſoſt. *a* & D. Aug *b* juxta lectionem Septuaginta: *Communionem mortis ſcito: quia in medio laqueorum ambulas.* Attende quia mille mortis exponeris periculis. Quia mille laqueis vndequaque circumcingeris. Nõ potes impedire, ne tibi laqueos non expandat auceps ille tartareus: hoc tibi ſollicitè curandum, ne tu illos ingrediaris, ne caput ingeras, voluntatem inquam, principium operum tuorum quæ deliberatè facis, illis dando conſenſum, Hæc autẽ quomodo ſecura manebit, & conſtans ne infirma retrouertatur? Ipſa ex ſe viribus eſt impotens, vtique debilis: ad Deum recurrat illaſque efflagitet: *Vigilate & orate, vt non intretis in tentationẽ.* Audiamus D. Bern. conſiliũ ad prædicta verba: *Legiſtis quia tentatio eſt vita hominis ſuper terrã Si tot tentationibus plena eſt vita noſtra vt nõ immeritò tota ipſa tentatio debeat appellari, peruigili circumſpectione opus eſt & oratione, ne inducamur in eam.*

*a* Ho 15. de pop & 8. in Luc. *b* In pſ 141. Eccl. 9. 20. Vide Tract. 8. n. 83. & ſeqq & Ho 5. præ. n. 27.

D. Ber. Ser. 15. in pſ. Qui habitat, in princ.

In vita S. Antonij.

Vidit die quodam D. Antonius, vt refert vitæ eius conſcriptor D. Athan. mundum vndequaque laqueis obductũ in aere, in aquis, in terra, in frequentia populi, in ciuitatibus, in tectis, & in domibus. Heu, Domine mi, quis omnes illos euadet incolumis? Quis non in eorum aliquem captus incidet? Audit vocem ſibi reſpondentem: humilitas, quâ ſuam homo cognoſcens infirmitatem ad Deum ſupplex recurrit, viribus ſuis diffidens, & diuinis toto fidens pectore. Hoc remedio vſus nõ eſt D. Petr. licet vna & altera, imo tertia vice Chriſtus illi declaraſſet, hoc apprimè neceſſariũ eſſe, quocirca ingreſſus eſt tentationem, tot in ea paſſibus progrediendo, quot fuerunt negationes, iuramenta, & anathematiſmi quos periurus iterauit. Hinc primò concipe vehementẽ infirmitatis tuæ timorem de tuis haudquaquã fidens viribus & propoſitis, quantumuis tibi firma videantur,

VII. Quid ex his addiſcendum.

credens tecum te carnis tuæ circumferre infirmitatem & quidem tantam, vt eius tibi vel nullam poſſis ſpondere ſecuritatẽ: vnde grauem vita occaſiones, quantum tibi fuerit poſſibile: nam illis expoſitus, certa tua eſt carnis inconſtantia, & planè incertũ vtrum Deus tibi ſuam ſit conceſſurus vel negaturus gratiã vel quia ſuperbũ teneat, vel ex iudiciis ſuis abſconditis, quæ nobis illicitum eſt perſcrutari.

Addiſce ſecundò: quàm frequens in ore ſit oportet illa Dauidis oratio *Deus ne derelinquas me, Deus in adiutorium meum intende.* Intellexerat olim Rex piiſſimus magnam dæmonum legionẽ, dicentium, Euge agite, iam hora eſt, cum ſolus ſit & videatur eum Deus deſeruiſſe, manumq; ſuam ab illo ſubtraxiſſe tad eum, ad eum: *Qui cuſtodiebant animam meam, conſilium fecerunt in vnum dicentes: Deus dereliquit eum perſequimini & comprehendite eum, quia non eſt qui eripiat:* Deus manum ſuã retraxit ad eum, ad eum. An non aduertis quòd voluntatem habeat excitatam & animoſam, ſpiritumque feruentem, vt ſe vobis conſtans opponat, reſiſtatque viriliter? Nulla eſt eius fortitudo; nulla, ſi Deus manum abſtrahat, conſtantia, O Domine mi. *Deus meus ne elongeris à me. Deus meus in auxilium meum reſpice. Domine ne longe facias auxilium tuum à me, ad defenſionem meam conſpice.* Prouidum cautumq; te reddat hic D. Petri caſus turpiſſimus. Tandem hoc commenda memoriæ, ne te ſcandalizet lapſus in perſonis, qui juxta dignitatem ſuam, erant venerabiles: etenim ſi Deus manum ſuam à te, ſicut ab illis ſubtraxerit, millies peiora committes: de quo ſtatim.

Pſ. 70.

Pſ. 21.

## §. 8. *Hanc attendas hiſtoriam, vt ex tentatione D. Petri tuam addiſcas cum qua diſpenſandum, ex ſicut Dauid cum Abiſag.*

QVintò: inquit D. Leo Pontifex, ex quo ſumpſit hoc *a* Gloſſa ordinaria, permiſit Deus enormem hunc D. Petri lapſum, vt pœnitentiæ haberemus exemplũ, & diſceremus ex eo qualis debeat eſſe quã facere tenemur, vt remedium detur efficax. Non prætereamus interpretationem D. Greg præclaram ad illa verba ſponſi de ſponſa ſua: *Collum tuum ſicut turris Dauid, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea.* Collum eſt S. Scriptura; quæ propter fortitudinem & altitudinem ſuam turris dicitur, ad quam confugimus pro conſiliis, doctrina & inſtructione, ex qua dependent mille armorum clypei & ſcuta protegentia: *Quia quot illi præcepta ſunt, tot etiam ſunt pectoris noſtri munimina.*

Numquid

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Numquid ambis tutari innocentiam, quando te frater tuus perſequitur? inſpice Abel. Coniugatus es & in hoc niteris ſtatu ſeruare ſanctitatem? Imitare Enoch. Noſſe cupis quâ diligentia mandata Dei ſunt cuſtodienda: Noë tibi propone: nam omiſſis domus ſuæ curis, totus incendit arcæ extructioni. Scire deſideras quæ Deo ſit tenenda obedientia? Occurrat tibi Abraham: quàm primùm enim audiuit: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua*: confeſtim obediuit. Modum expoſcis, quo poſſis in tribulationibus inuictus eſſe atque inſuperabilis? Exemplo tibi ſit Iacob. Quomodo caſtus: Adeſt Ioſeph quàm inſtanter ſolicitatus? Qualiter manſuetus? En Moyſes, quàm patienter populum illum ſuſtinuit. Qua ratione zelo feruidus? propono tibi Phinees. Quomodo Deo fidendum? adduco Ioſue. Numquid ama[re] vis inimicum? David attendatur. Numquid aduerſa perpeti? Apoſtolos conſidera: *Qui gaudentes ibant à conſpectu concilii: quoniam digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu contumeliam pati.* An ſtudere pœnitentiæ? Petri aſſume exemplum. Act. 5.

Scripſit D. Ambr. duos libros de pœnitentia contra Nouatianos ad imitationem vnius, quem ediderat Tertull. de eadem materia, & eius hoc eſt intentum probare contra illos hæreticos, nullum eſſe peccatum adeo enorme, neque ſic irradicatum, neque toties repetitum, cui non ſit aptum per pœnitentiam remedium. In libro ſecundo breuiter diſputat qualiter diuinô conſilio Deus in Eccleſia ſua peccatores admiſiſit pœnitentes: qui ſi graues fuerint in reatu, maiores fuerunt in agenda pœnitentia, & eorum plures ipſe nobis in S. litteris proponit, vt in ipſis exemplum veræ haberemus pœnitentiæ, atque ad eorum imitationem, illam amplectamur, nobiſque ſuccurramus, ſi noſtra calamitate & damno conſimilia lapſi ſimus flagitia: quibus ſi ſimiles in peccando fuerimus, etiam ſimus in pœnitendo. Videtur D. Auguſt. cœlos obteſtari (a) contra quorumdam impudentiam, qui ad criminum ſuorum excuſationem, Sanctorum adferunt flagitia, adulter: homicida, & ſcandaloſus ſuas excuſat impudicitias cum David, & ebrioſus ſuam cum Noë tegit ebrietatis intemperantiam, & libidinoſus ſe cohoneſtat cum Magdalena, ſuaque latro vt excuſet latrocinia, profert illum qui de cruce in cœlum euolauit: *Audiunt* (ſic D. Auguſt.) *male viuentes, & quærunt ſibi patrocinia peccandi, attendunt vnde defendant, quod committere parauerunt, & dicunt: Si David cur non ego?* Magnum eſt hoc crimen: quia Sancto grauem inuris contumeliam, ſed Deo grauiorem. Sancto non leuem impingis maculam: quia reddis illum exemplum nequitiarum, atque per hoc eius reſuſcitas foraſque producis iniquitates, iam deletas & raſas, oſtendis autem te nihil in illo reperire, quod tibi magis placeat, quàm enormia eius peccata. Si David poſſet in cœlo triſtitiâ torqueri, grauiſſimâ torqueretur, eo quod illum auctorem cauſamque ſtatuas offenſarum Dei exemplarem, & tui ſcandalum offendiculi: *Hoc amas in David* (iterum D. Aug.) *quod in ſe odit David.* Sed acerbiori Deum laceras calumnia, per hoc enim quod ais, affirmas quòd ipſe ſit, qui tibi propoſuit exempla, quibus peccares & illis te ad peccandum inuitauit.

Luc. 23.

I. Timor ...

II. Sanctorum lapſus ...

D. Aug. Tract. 30. Tom. 3.

Compoſuit Galenus libros de arte medica, quibus tantum intendit formam præſcribere, qua ratione, qui valetudinis ſuæ iacturam paſſi ſunt eandem recuperent, & qui illa gaudent, eandem perpetuò conſeruent illibatam. Ad hoc inter varia remedia in diuerſis materiis, diuerſos & varios adducit euentus de his & aliis perſonis. Talis vir ex nimia lactis comeſtione, & multa poſt illam potatione, lapſus eſt in colicam periculoſam: præſcriptum eſt illi longum abſtinentiæ ieiunium, & remedia data ſunt ad euacuandum ſtomachum eumque roborandum, & ex illa infirmitate conualuit. Talis quia craſſis & pinguibus veſcebatur lepram contraxit abominabilem: ordinantur illi balnea ex herbis odoriferis: vſus eſt illis, multo ſudore exæſtuauit, & mundatus eſt. Ille quia frequenter adſtitit phthiſi laboranti febribus incaluit, caputque aſcenderunt, curatus eſt eductione ſanguinis. Si tu legens has hiſtorias illas velles inordinationes obſeruare, in quas illi inciderunt, quos refert Galenus & vt illi infirmari, dicendo: viros imitor primarios, quos nobis Galenus medicus propoſuit, quid diceret Galenus? Quid ergo? Numquid has ego ſcripſi hiſtorias, vt doceam te infirmari? Hoc non eſſet agere bonũ medicũ ſed ſæuum excedere carnificem. Infirmos illos protuli in medium nõ vt illud imiteris, quod fecerunt vt infirmarentur, ſed vt agas id quod fecerunt quo iuuarentur; & priſtinam recuperarent valetudinem, ſi tu caſu in eandem incideres infirmitatem. III. Similitudo.

Scripſit expertiſſimus ille cœleſtis medicus librum ad ſalutem animarum, S. nempe ſcripturam, ipſe auctor illius inſcribitur perfectus, in quo hoc agit; ſalutis præſcribit medicamina, quibus illi, qui ea carent, eandem recuperent, & qui ea gaudent, eandem integrè conſeruent: *Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt &c.* 2. Tim. 3. 16.

Rom.15.4. *Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt.* Inter illa ſalutis medicamina exempla profert in medium aliquorum, qui languentes & infirmi curati ſunt: hic ponit lapſum Adæ, ebrietatem Noë, proditorium ſcelus Patriarcharum & fratrum Ioſeph, ſcandalum Aaronis, adulterium Dauidis: etenim teſte D. Chryſ. communiter hæc proponit, dicendo qualiter hi infirmati ſint, & ab ægritudine ſurrexerint, vt videns qua ratione morbum contraxerint, hunc tu prouidè ſcias euitare, & notādo quibus mediis curati ſint, noueris qua ratione conualeſcas, ſi forſitan in morbū incideris. Conſultumne foret, vt factum hoc aſſumas, quod Deus ſaluti tuæ proponit, in exemplum tuæque pallium iniquitatis? *Librum Dei vt pecces inſpicis: Scripturas Dei ad hoc audis, vt facias quod diſplicet Deo?* An ergo hoc forte Deus litteris mandauit, vt doceret te, & acriùs ad peccatum inſtigaret? Tam iniquum Deum arguis, vt in Eccleſia ſua proponat imagines & exēpla ad peccandum? O te blaſphemum, an hoc ex te audiemus? In publicum profert vt credimus D. Ambr. peccata Sanctorum, non vt illa conſideres, ſed vt ſeriò perpendas, quod quantumuis execrabiles tuæ ſint ægritudines, per pœnitentiam integrè valeant inſtaurari: Quocirca non illas adducit in exemplum culparum, ſed veræ pœnitentiæ ſpecula, quatenus ad eorū imitationem, animosè pœnitentiæ tu lamenta ſuſcipias.

CHRVS. Ho. 3. in illud. Vidi Dominū &c. To.1.

Lib. 2. de pœnit. cit.

☞ 22 Porro ſicut certū credimus cum Tertul. quòd per pœnitentiæ luctum peccata remittantur: ſic etiam credimus Deo quamlibet non ſatisfacere pœnitentiam, ſed nec verā eſſe niſi ex corde fiat, & ſceleribus correſpondeat. Ita, inquit, ſicut tūdum aliquis tibi ſoluit debitum non tibi quęlibet ſufficit moneta, ex ære vel plumbo, licet exterius appareat bona, ſed vlteriùs exigis vt ſuum habeat pondus, verum ſit aurum vel argentum, ſit moneta probata & paſſim recepta: ita Deo non ſufficit placetque quælibet pœnitentia, ſed ea quā propria teſtatur conſcientia, nempe myrrha probata, quam refert ſponſa, quamque Deus ſuis ſacrificiis & thymiamati requirebat. Multi pœnitētiam egerunt, quæ nihil illis profuit. Plorauit Eſau. Saul dixit *Peccaui.* Antiochus tot actus oſtendit contritionis, ac proteſtationes, vt plures requiri non poſſe viderentur, nec illi profuit. Imo ipſe Iudas pœnituit, culpam ſuam coram ſacerdotibus confeſſus eſt, nec vllum retulit inde commodum, vt alias fusè diximus. Quibus igitur vera probabitur eſſe pœnitentia? Exemplis verè pœnitentium, quos ipſe Deus approbauit. Si videns, quod ipſi fecerunt

Lib. de pœnit. c. 6.

IV. Nō quælibet pœnitentia ſufficit.

Cant. 5. 5. Exod. 30. 23.

quò de peccato contriti reſurgerent, quomodo ſe habuerunt, qua ratione proceſſerunt, quibus actibus ſe exercuerunt ad iuſtificationem, tu quoque pœnitens illos imiteris. Nominatim autem ait D. Leo Petrus proponitur cuius ita ſigillatim ab Euangeliſtis lapſus, pœnitentia & ſalus exponitur. *Ob hoc Petrus hæſitare permiſſus eſt, vt in Eccleſiæ Principe remedium pœnitentiæ conderetur.* Ad pœnitentiæ planctum recurrit, fletum ſuſcepit & lacrymas, vt ille qui naufragium paſſus, diſrupta naui tabulam amplectitur, & ea in tutum recipitur, remedium inuenit, mortemque euadit imminentem.

Trimulis nota eſt hiſtoria Dauid: quæ cum tot ſcateat myſteriis nobis diuerſis occurrit occaſionibus. Erat Dauid robore præſtantiſſimus, ceteris fratribus longè valentior, imo nullus ei ſua ætate viribus comparandus, teſte Spiritu S. cum varia narret eius facta heroica: manibus enim prævalentes leones diſcerpſit, præfortes vrſos, gigantes proſtrauit, & de ſuis triumphum egit victor inimicis, ita vt vnica vice ipſe ſolus *Interfecit octingentos vno impetu.* Ex timore correptus exceſſiuo, quo vidit Angelum Dei percutientem, qui educto gladio ſtragem in populo edebat lamentandam, ſic illi calor cordis, ſanguiſque congelauit, vt ex eo tempore perpetuo tremore pauidus concuteretur. Pelles illi & lodices, ac ſtragula adhibentur, ſed irrito effectu. Conſilium capiunt conſiliarij vt puella quæratur perfectæ ſanctitatis incolumis, calore ſerueus, cum qua ipſe deſponſetur, illa viro calorem infundat, ipſa foueat, conſtrictum glacie cor diſſoluat, viuatque Dauid robuſtior. Rem ita componunt, vt adducetur vna propoſito maximè conueniens nomine Abiſag Sunamitis. Hanc ſumpſit ſibi Dauid in coniugem, cuiuſque amplexibus calorem, ſpiritum, vitamque recuperauit expulſo frigore quo tremore perpetuo tremulus angebatur.

2. Reg.

Notat D. Hier. factum hoc, & Dauidem admiratur, quod huic conſenſerit iam ſenex matrimonio, cum plures haberet vxores, quibus ſociatus erat: nominatim autem dilectam ſibi Bethſabee, & prudentem Abigail. Abraham viuente Sara nullam aliam duxit vxorem, nec Iſaac præter Rebeccam aliam, nec Moyſes præter Sephoram. Ne ſcruteris (monet D. Hier.) litteræ corticem, nec carnalis hic aliquid cogites affectus, hæc enim omnia diuinis ſcatebant fœta myſteriis, illudque quod ſibi conducebat, proſequentes porro noſtrum inſecuti, nobis exponit, quod præ manibus habemus. O Petre ſanctiſſime, quam robu-

1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

robuſtus viriſti David animos iactans generoſos, viresque imperterritus in ordine ad cognitionem amoremque Christi inter omnes fratres tuos Apoſtolos. Verùm ex timore, non Angeli qui pectori tuo gladium ferox opponeret, nec ab aliquo fortiori gigante Goliath perterrefactus, ſed ex vna ancilla, quæ te aggreditur non æreo minas gladio, ſed ſimplici ſciſcitans verbo, cor tuū congelatur, contremiſcit, ſanguis contrahitur, negaſque non ſemel ſed tertiò noſſe te Saluatorem. Optimè dixit Euangeliſta quòd Petrus præ frigore contremiſceret, ignem quærens, quo recaleſceret. Quàm intenſum fuit hoc frigus, quod cor eius occupauerat, vt illū non calefaceret ignis ille, nec illi prodeſsēt pelles, lodices, & ſtragula: nec ſufficiunt quotquot de mundo prouolutis, quo frigus peccati illi de corde pellatur, & iterum amore Dei ferueſcat ardentiùs. Neceſſaria eſt Abiſag Sunamitis diuinum pœnitentiæ ſymbolum, interprete D. Hier. ſignificatorum animos, generoſitatem, & rugitus patris mei, non quoſlibet, ſed ſimiles illis quos edit pelagus ventis concuſſum turbatumque contra- Biblia. lingua. Sunam. rium: *Abiſag propriè rugitus nuncupatur, qui in mari fluctibus reſonat, & vt ita dicam de pelago veniens fremitus auditur. Sunamitis in lingua noſtra coccinea dicitur.* Ait igitur quòd Abiſag Sunamitis ſignificet rugitum, gemitumque ardentem, feruentem, & accenſum.

En tibi veram pœnitentiam, eſt etenim diſpoſita vt rugitus edat, gemitus de corde, & ſuſpiria timore & dolore animā concuſsā, quia Deum irritauit. O quàm benè hanc faciebat ille. ſi namque duxerit in vxorem Abiſag Sunamitidē iuxta hiſtoriam ac figuram, melius multò matrimonium cum illa primùm iniit, quando lapſus in peccatum, ad pœnitentiæ lamenta recurrit, de ſe Pſal. 37. canens: *Rugiebam à gemitu cordis mei.* Hanc ſumpſit D. Petrus in ſponſam, ad hanc confugit, hanc amplectitur: O quales de corde gemitus, quales edit rugitus! Qualia ſuſpiria tam feruida tam accenſa: quam non pro modico tempore ſibi ſociat, ſed in perpetuam ſibi copulat vxorem: atque idcirco dicitur cum illa iniiſſe matrimonium, quod eſt vinculum indiſſolubile, quamdiu vita fuerit ſuperſtes, vt dicendum eſt. Ecce qualiter hanc eligat ſponſam, quamque arctè illam amplectatur. Ea de cauſa tibi proponitur, vt etiam addiſcas exemplo illius manus iniicere, quod ſi Petro in lapſu ſimilis extiteris, illi quoque in vera pœnitentia compar inueniaris. Petrus magiſter eſt vniuerſalis Eccleſiæ: eius pars maxima hac indiget loca Abiſag Sunamitide: Videamus in illo, qualiter ipſam nobis eligere debeamus in ſponſam, eique ſociari.

§ 9. Tecum paratus ſum & in carcerem & in mortem ire. Animam meam pro te ponam, &c. Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, &c. *Triplicauit ſua promiſſa Petrus: ſed his omnibus contradixit Chriſtus & clarè patet, quomodo noſipſi nobiſipſis mentiamur.*

OMnes Euangeliſtæ hanc ſcribunt hiſtoriā: 23
etenim talis eſt, tantiſque plena myſteriis, vt bene mereatur tales tantoſque habere ſcriptores. Ad tria reducitur puncta: primò cauſa proponitur lapſus, ea ſcilicet, quòd Petrus ſuis plus iuſto fiderit propoſitis & promiſſis, nec non animo ſuo feruentiori, faſtuoſo & præſumptuoſo. Secundò triſtem eius caſum enarrant, & multa nimis animi infirmitate damnandum. Tertiò negando Saluatorem. Tertiò deſcribunt nobis eius remedium, quod Chriſtus exorſus eſt conuerſus ad illum & intuitus, ſequebatur autē cum intuitum cum dolore & effuſa mœſtaque lacrymarum abundantia, continuò diſcedens à loco illo adeo periculoſo ſibique infauſto: itaque interuēnit gratia Dei, & Petri diligentia, vt notat D. Chryſoſt. Ad horum omnium enodationem Ho. 60. ad pop. Antioche. dico idem illi contigiſſe, quod David de ſe teſtatur, verbis illis quæ D. Auguſt. expendit vt dicta etiam in perſona Apoſtoli D. Petr. *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* L. de nat. & gratia cont. Pelag. c. 14. & l. de correp. & grat. c. 9.

Congratulabatur ſibi David die quodam Dei beneficiis ſe eſſe prædiuitem, Regem abſolutum, ſapientiâ conſpicuum, poteſtate ſpectabilem, Prophetiæ dono clarum, cui deinde promiſerat ex ſemine ſuo Chriſtum oriundum. His gratus Pſ. 29. 7. beneficiis incipit Deo promiſſa facere ſe numquam eius obſequio defuturum & terra licet ſurſque deque moueretur, cœlum rueret, mundus totus inuerteretur, ipſe tamen Deo conſtans adhæreret. *Ego dixi in abundantia mea: Non mouebor amplius.* Porrò vel paululum ſubtraxit ab illo Deus faciem ſuam manumque ſecreto ſuo iudicio ſuſtulit, & in tam execrandum corruit caſum, vt confuſione plenus turbaretur: quia adulterio, homicidio & ſcandalo polluiſſet animam. *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* Idem D. Petro contigit. Quantū bonorum abundantia ſe lætabatur à Chriſto cumulatum? Aſſumpſerat eum in diſcipulum ſuum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuum,& Apoſtolum creauerat collegii ſui Apoſtolici Primicerium, atque ſuum in terra vice-Deum, claues id eſt plenam promiſerat poteſtatem aperiendi & claudendi ipſum regnum cœlorum, tali poteſtate & auctoritate, vt quidquid in terra arbiter decerneret decretum eſſet & ſtabilitum in cœlo: manibus eius libros rationum ſuarum debitorumque tradiderat, cum poteſtate admittendi, & eradendi partes quaſcumque voluiſſet, pedes illi ſordidos abluerat, amoroſas illas tranſiens contentiones, carnem in cibum & ſanguinem in potum illi propinarat, Sacerdotio initiârat Epiſcopum & Principem omnium præfecerat Epiſcoporum. Sic igitur ſuprà modum omnem præuentus & donorum cumulatus abundantiâ ſuam agnoſcens obligationem, dum Chriſtus mortem ſuam proponit aperitque iram proximam: in promiſſa excurrit & propoſita. *Non mouebor in æternum*: vt his ita firmus inhæreret & animoſus: vt dicente illi Chriſto vt verbis ſuis prudens intenderet, non ita futurum: pertinax illi contradicat, & verbi ſui tenax contendat, & confirmet verbum ſuum fore firmius quod promittit quam quod Chriſtus affirmabat, & venturum certò prædicebat.

*Lib. 3. de conſenſ. Euang. c. 2.* D. Auguſt. expendit, quod collatis inter ſe Euangeliſtis tertiò Petrus cum Chriſto contenderit promiſſa conſtantiæ iactabundus aſſeuerans. Primò in menſa poſt cœnam: etenim Chriſtus diſcipulis ſuis mortem ſuam prænuntians verbis quibuſdam affectuoſis ait illis: Filioli mei deſideratiſſimi: adhuc modicum vobiſcum ſum, quia vado. Reſpondens percunctatur Petrus: Domine quo vadis? cui Dominus: quo ego vado, non potes me modo ſequi, ſequeris autem poſteà. Accepit hoc durè D. Petrus quaſi Dominus illi iniuriam irrogaret, parumque illi fideret, & ait: *Quare non poſſum te ſequi modo? Animam meam pro te ponam.* Si obſtent pericula, nihil ea vereor: & hoc mihi fixum & conſtitutum eſt, vitæ iacturam ſubire, animamque pro te ponere. Intuetur illum Dominus, & caput ſuum agitando reſpondit. *Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi non cantabit gallus, donec ter me neges.* Attende Petre, quàm longè abſis, vt animam tuam pro me ponas: gallicantum trina præuenies mei negatione.

*Ibid. 37.*

*Ibid. 38.*

Secunda contigit, quando paulo poſt Chriſtus concionem ſuam proſecutus, ab illis diſcedens, ſe conuertit ad D. Petrum, aitq; illi. Simon conſule tibi: diabolus etenim circumit diligenter, omnium veſtrûm procurans perditionem, ſedulo conatur vos omnes euertere, & de mea diuellere ſocietate, neceſſarium eſt vt vigiles obſerues excubias. Reſpondet illi Petrus: *Domine, tecum paratus ſum, & in carcerem & in mortem ire.* q. d. Hoccine ergo mihi Domine, proponis? An ego vt infirmus hac indigeo præcautione? Iam tibi dixi, iterumque ratifico, te talem habere me ſocium lateralem, vt quamuis mille diaboli, totuſque irruat tartareus exercitus, nullatenus me à te ſeiungent infidelem, & à modo paratus ſum comitari vſque ad carceres, tormenta mortemque comes indiuiduus. Benigno vultu Dominus illum aſpiciens ait: *Dico tibi Petre non cantabit hodie gallus, donec ter abneges noſſe me.* q. d. Iam te ſemel præmonui, & iterum præmoneo cum aſſertione, tantum hoc aberit à te, vt nedum me ad vincula mortemque non ſis comitaturus fideliſſimus: ſed hodie quidem antequam gallus cantet, ter negabis me noſſe, omnium infideliſſimus. *Luc. 22. 33.*

Vltimam fuiſſe nouimus, quando Dominus iam montem Oliuarum aſcendens, atque à diſcipulis ſuis paululum diſceſſurus, illos præmonet & hortatur: vigilate & orate: hac etenim nocte omnes ſcandalum patiemini ex eo quod mihi noui obuenturum, quia ſic impleri neceſſe eſt oraculum: Percutiam paſtorem & diſpergentur oues gregis. *Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte, &c.* Proſilit in medium Petrus quaſi verbis illis ita generalibus irritatus, atque: *Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor: etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo*, q. d. Ceteros Domine, alloquere: hæc etenim verba me non tangunt, nec mihi conueniunt, nec de me ſunt intelligenda, nec quæ prius dixi irrita eſſe velim, imo & eadem denuo confirmo: concedo, offendantur omnes, te deſerant omnes, omneſque te perfidi abiurent, ratum habeo fixumque quod lateralem me habebis tibi ſemper indiuiduum. Tradant me vinculis, occidant me, membratim diuidant me, ne timueris quod ego te ſim vnquam negaturus vlloue tempore deſerturus.

Replicat illi Chriſtus. *Amen dico tibi Petre, quia tu in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis*, q. d. An te robuſtum adeo præſumis Petre & tantopere tuos poſſe te poſtponere ſocios? Amen dico tibi, tu ille, qui ceteris multò turpius me es deſerturus. Hoc tibi iureiurando confirmo: *Amen*, quandoquidem ſimplici meo verbo fidem non adhibeas, quod tamen cœlo terraque eſt ſecurius: tibi verò ſingillatim aſſero, quem probè noui, quaſi illum, cui nomen impoſui: *Dico tibi Petre quia tu*, qui ſic loqueris

Et

*Et ſi omnes, ſed non ego*, dico, quòd nullus cor n talem committet lapſum qualem tu, nec ab l nc decem annis, nec menſibus, nec diebus, ſed hac ipſa nocte, & hoc quidem antequam media nox elapſa ſit, antequam gallus cantauerit, ter noſſe me negabis. O quanta hæc arrogantia, quæ promiſſa, quæ propoſita, quæ replicæ, vt etiam contra ipſum Deum (inquit D. Auguſt.) litibus *Ser. 12. A. de temp.* alterctur, contendatque propoſitum ſuum ſolidius vincere ipſum Dei verbum! Optimè conuenit illi hoc Dauidis: *Ego dixi in abundantia mea: Non mouebor in æternum.*

Nunc optimè probata conſtat doctrina D. Aug. a & D. b Gregor. quam exponit S. Theologiæ rtiſſimus Raphael D. Thom. c quod in partionibus ſe homo decipiat, quàm in iis quæ ipſummet ſpectant, & ſæpè numero ſibi ipſis loquitur, ſe ſecurum arbitratus in eo quo minus eſt ſecurus. *Sæpè humana mens ſibi mentitur*, aſſerit D. Grego. & idcirco ſuis numquam fidat aliquis actibus, donec illos ſtrictæ ſubiecerit examinationi & probationi: ſicut nec argentum reputat purum, donec per ignem tranſiens in ſuo eſſe conſtans inueniatur. Ideo nec ipſe Deus (inquit D. Auguſt.) quantumuis ſecurus eſſet ex eo quod cernebat in corde & viſceribus Abrahæ de conſtanti fidelitate promptaque eius obedientia: noluit vt talem illam homines iudicarent, vſque dum videretur examinata & probata ad eorem illam tentationis & occaſionis, cui illum iniecit, vt filium ſuum immolaret, ipſeq; fieret iugulationis eius carnifex: tunc etenim illi dixit: *Nunc cognoui, quod timeas Dominum* q. d. iam te manifeſtum reddidi cognitumq; mundo, te mihi eſſe amicum fideliſſimum & conſtantiſſimum. *Non tentat Deus* (audi D. Aug.) *ob ignorantiam ſed vt homo ſeipſum cognoſcat.* Idcirco toties rogabat Dauid Dominum: *Proba me Domine, & tenta me. Proba me Domine, & ſcito cor meum. Interroga me, & cognoſce ſemitas meas, & vide ſi via iniquitatis in me eſt.*

Dauid an Deus te non cognoſcit? An illũ corda tui latent abſcondita? An non penetrat caueas profundi maris intricatas? Non propter Deũ hęc dixi, ſed mei cauſa: die namque quodam firmam iudicabam meam eſſe fortitudinem, & propoſita mea ſecura, & promiſſa nullatenus euertenda: ſed cheu meipſum decepi: quandoquidem incidente tentatione & oblata corruerim occaſione, atque ad veram ignis concupiſcentiæ ſcintillã illa fuerint conſumpta: meo quidem iudicio fortis eram adeò vt mihi perſuaderem, quod iuramento confirmare promiſſa poſſem quæ Deo faciebam, legis eius mandata ſeruandi: *Iuraui & ſtatui, cuſtodire iudicia iuſtitia tuæ*: ſed ad vnam capitis reflexionem, lapſum me lugebam; coactus diuinã inclamare miſericordiã. *Humiliatus ſum vſquequaq; Domine, viuifica me, &c.* Promiſſa mea ſecura nõ mihi perſuaſero, donec illa videro. Examinata & probata: quamuis enim meâ quidem ſententiâ conſtans meum ſit propoſitum: vereor ne mihi ipſi fallax imponam. *Vide ſi via iniquitatis in me eſt.* Legit D. Hier. *Si via doli in me eſt*: ſi veſtigium aliquod doli fraudiſque in me ſit.

Tunc cenſebantur vt vera firmaque tua propoſita, & intelligent omnes ſecuram tuam eſſe in Deo fiduciam, quando oblatis occaſionibus, quibus examinantur ſuum retinebunt vigorem & conſtantiam, vt dicere poſſint, dicantque SS. *Pſ. 65.10.* Martyres ore Dauidico. *Probaſti nos Deus, igne nos examinaſti ſicut examinatur argentum: induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro, impoſuiſti homines ſuper capita noſtra.* Hic liquidò conſtat fidei D. Laurentij fortitudo, eiuſque amor quo nullus ardentior, quando craticulæ ſubiectus exclamat. *In craticula te Deum non negaui, & ad ignem applicatus te Dominum confeſſus ſum probaſti cor meum & viſitaſti nocte, & non eſt inuenta in me iniquitas* Hic emicat feruentiſſima D. Stephani charitas, quando lapidum imbre præfocatus; quem inimica manus Iudæorum illi ferox iniiciebat, nedum illos non maleuolus execratur, nec vindex iniuriæ maledicit, ſed flexis genibus pro illis precator intercedit, rogatque: *Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Hic luce clariùs fulget puriſſimi Ioſephi caſtitas, quando igni iniectus voraciſſimo blanditiarum ac lacrymarum dominæ ſuæ meretricis, quæ iuuenem apprehendit inter duas portas; pallium illi relinquit in ſpolium, fugitq; foras eligens honoris magis quàm caſtitatis pati naufragium. Hic probabitur vtrum ſecura tua fuerint propoſita, quando peccata confeſſus es & tua promiſſa quæ feciſti Confeſſario vera; ſi expoſitus occaſioni manſeris in illa omni petra Petroque ſolidior.

Iunta hæc quàm pauca poteris vt talia recenſere. Videamus qualis egreſſus es de tẽtationibus? qualem ſeruaſti inconcuſſus patientiam ob verbulum quod alius tibi dixit, ob iniuriam ab alio tibi illatam: quandoquidem ſtatim te cholera obcœcauerit, & in deſideria corrueris vindictæ verborumque calumnias? Quàm cito Domine mi, bona tibi defecerunt propoſita, cum puellam talem es intuitus, vel cum ipſa te vel intuetur, vel nuntia mittit rem ilico nihil moratus vel

ſaltem vnica differens hora corruiſti. Qua non facilitate, Domina, retroceſſiſti ab eo quod tam ſeriò promiſeras, mori potiùs quàm hunc talemue conſpicere? Inania ſunt tua propoſita leui comparanda arundini: vnde dum es occaſioni expoſitus illis nimium fidens & innitens tibi contingit quod alteri, qui infirmæ innisus eſt
4.Reg.18. 21. arundini: hæc etenim confringitur, illique manum exulcerat perforatque non leuiter, nec non virum in terram proſternit ſibi plus iuſto confidentem. Omnia tua propoſita comparat Spiritus S. nubibus æſtiuis: illas etenim calor excitat ſolis, & fulgura ac tonitrua cient, vt dixeris nouum inſtare diluuium, vt nedum terram non irrigent, ſed demergant, attamen ad vnicum
Prou.25. 14. venti flatum diſperſæ euanuerunt *Nubes & ventus & pluuia non ſubſequentes, vir glorioſus in promiſſis ſuis.* Quis crederet quòd illi, quibus ita nota erat Domini potentia & ſolicitudo, Apoſtoli inquam cùm in deſerto vagarentur populuſque aſſecla fame premeretur, & ab illis Chriſtus quæreret: vnde ememus panes, quibus tantæ ſubueniamus neceſſitati, videntes loci ſterilitatem, pecuniarum inopiam, & ſubſidij defectum, turbarentur, eiſque deficeret in domino fiducia, quam merito habere tenebantur? Quis non fideret fidei ardentiſſimæ Marthæ, quam ab annis pluribus profitebatur, imo in qua etiam mortuo fratre conſtantior fuerat. *Ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei viui:* & nihilominus data occaſione languet & ita languet, vt neceſſe fuerit de hoc à Domino mitiùs corriperetur. *Nonne dixi tibi: quia ſi credideris videbis gloriam Dei?* O Petre, quàm benè inſtructus & timidus de tuis eſſe poteras fiduciis & promiſſis, quando videns Dominum in mari petiâ licentiâ quâ te illi poſſes committere illudque inambulare, te nihil timens & animo feruens iniecisti, iamque mobile conſtanter calcares elementum, quàm primum vndas vidiſti
Matth.14. 28. commotas, ventuſque te validior inuaſit: *Videns ventum validum timuit:* ita ſtatim fiducia elanguiſti, vt iam mergeseris periturus, niſi Magiſter tuus aduenisset, ſuaque manu tuam apprehendiſſet, te ſuſtinuiſſet, modicam tuam increpans fidem, dicendo *Modica fidei quare dubitaſti?* Petre tuus te animus ſeducit, & quamuis adeò ſecura tutaque tibi videantur propoſita & promiſſa, modica tamen occaſione, iam non pelagi fluctibus inambulans, ſed per terræ ſolida inter homines, non exſurgentibus ſuperbis fluctibus, & turbinibus tempeſtuoſis, ſed ad ſimplicem primamque ancillæ vocem cades, & in profundum demergere incipies culpæ, ita vt niſi Magiſter tuus manum extendat ad te ſubſidiariam miſericordiæ, eiuſque conſpiciat oculis, actum ſit de te, mergeris & interiberis.

§. 10. Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, &c. *Indicarunt primò Euangeliſtæ cauſam lapſus Petri: fiduciam ſcilicet animi de ſe, & quòd ceteros antecelleret.*

FActum hunc & animum nimis de ſe præſumentem deſcribunt nobis Euangeliſtæ ita diſtinctè, vt quaſi digito nobis indicent hunc eſſe tanti peccati & lapſus originem. Monet nos D. Chryſoſtom. quòd ſicut intentio S. Spiritus, quorundam ſcribentis peccata caſuſque turpiores, ea non fuit vt eos infamiæ nota conſpergeret, ſed nobis proficeret; eo modo deſcribit lapſum, vt etiam diſtinctè ſignet eius cauſam, radices demonſtrans ex quibus tam graue malum prodierit: quatenus nos illas aduertentes, ab eis nobis caueamus: nullum etenim ſcio remedium infirmitates præcauendi ſolidius, quam primas earum cauſas agnoſcere. Monentem igitur audiamus D. Chryſoſt. *Si quando ſpirat accuſare quempiam, non modo peccatum illius narrat, verum etiam docet nos, quæ fuerit peccati cauſa, vt qui ſani ſunt in eo reddantur cautiores, ne in eadem incidant mala: ſicut & medici ad ægrotantes ingreſſi, antequam curant morbi, inquirunt vnde ille ſit inflictus vt ab origine curent malum.* Hoc inquit, liquidò patet in eo quod narrat de mundi peccatis in diebus Noë, quæ fuerunt adeò enormia, vt Deum impulerint ad eiuſdem euerſionem: porrò in eorum relatione ita procedit, vt primo ſignet eorum rationē, quod nempe curioſo nimis aſpectu mulieres attenderint formâ præſtantiſſimas & inhoneſtas fouerint cogitationes, ac deſideria ex tali contuitu naſcentia. *Cum vidiſſent filij Dei* (qui erant filij Seth) *filias hominum quod eſſent pulchræ.* In cauſa non fuit, teſte D. Chryſoſt. vultus elegantia, hæc etenim donum eſt Dei, nec eius intuitus abſolutè, hic namque naturalis eſt, ſed curioſus aſpectus, inordinata ſolicitudo, nata ex quodam corde lubrico & inhoneſto, ac voluntate deprauata: & hoc initium indicat Spiritus S. tot tantorumque peccatorum, vt in hoc obturo cautus ſis: etenim ſaluberrimum eſt hoc tibi datum à Spiritu S. conſilium. *Ne cognoſcas pulchritudinem alienam.* Hanc lectionem ſequitur præſatus Doctor, vbi noſtra legit: *Ne concupiſcat pulchritudinem.*

*ſtrictione eius cor tuum.* Notandum autem non dicere, Non videas, ſed *Ne cognoſcas.* q. d. ne curioſè intuearis, & cum ſolicitudine quadam nata ex affectu laſciuo: hoc etenim principium ſufficiet vt in talem corruas perditionem, vt omnino diſpereas, vt illi; qui hinc eo deuenerunt, vt de illis ſermo diceret diuinus: *Corrupta fuit omnis caro.*

III. Eodem planè modo deſcribit Spiritus S. peccatum Dauid: exorſus enim hiſtoriam digito ſuum demonſtrat eius originem: vnde ſic incipit: *Factum eſt vertente anno eo tempore quo ſolent Reges ad bella procedere*, ad defenſionem & ampliationem regnorum ſuorum, hiſque occupatis negotiis, *Dauid remanſit in Hieruſalem* otio vacans & deliciis, atque vt tempus tranſigeret aſcendit ſolarium domus ſuæ, oculoſque vagari permittens illos tandem coniecit in nudam lauantemque ſe Bethſabee. Mirare cauſam hic diuinè exaratam lapſus Dauidis, otium ſcilicet; quia rebus non occupatur Regibus pro temporis ratione debitis; & paruum in ſeruandis oculis ſtudium. Quid rerum acturus eſt Princeps otio torpens, luxuque diffluens? & quid boni ſperandum ex fixo oculorum contuitu in feminam vt nudam ita formoſam? q. d. Tibi proſpice mortalium infauſtiſſime, qui totus otio langueſcis & ſtertis iners, nec intendis virtutum gnauus exercitio *turtur factus otioſa*, nihil aliud intendens quàm videre, oculoſque modò in hanc modò in alteram deflectere tibi gratiorem: quid inde tibi ſperandum, niſi animæ tuæ triſte naufragium? Vt ex hoc intuitu exiliat ſcintilla, & per oculos ad cor peruadat, teque incendio conſumat ardentiori concupiſcentiæ, ignis tartarei infauſto principio? hanc repelle cauſam, quæ ſufficiens, ſicut ad Dauidis ruinam, erit & ad tuam perditionem: non enim Dauid es, ſed multò inferior.

II. Omiſſis aliis exemplis, quæ proſequitur D. Chryſoſt. ecce præſens, & conſidera quo ordine procedant Euangelici hiſtoriographi lapſum referentes D. Petri: nam primò ſtatuunt, & diuino quodam artificio indicant eius rationem eleganter exprimentes animum ſuperbum arrogantem de ſe præſumentem, alios deſpicientem, ſe vnicum plus ceteris æſtimantem, ſibique ſoli maiores tribuentem animos quàm ceteris omnibus, & deinde temerariè ſe Deo opponentem, imò prætendentem verbum ſuum, quàm ipſius Chriſti fore veracius. Reuolue quæ depromat verba: *Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego numquam ſcandalizabor.* q. d. vires meæ, fideliſque animus ceteris omnibus præponderant. Cõcedo libens alios poſſe cadere & nunc offendi, vt ais: porrò ego nec nunc nec in æternum titubabo. O Petre ſanctiſſime, vbinam obſecro hoc didiciſti idioma, loquendique formam: *Etſi omnes, ſed non ego.* An tibi in mentem non venit ille diſcurſus, quem Magiſter tuus te præſente propoſuit Phariſæis elatis, ſuæque ſanctitati ac virtuti plus iuſto confidentibus, quo vnum ex illis traxit in medium ſic orantem: *Deus gratias ego tibi: quia non ſum ſicut ceteri hominum*, quo ſe ceteris anteferebat ſuperiorem? *Dum ſe ſingulariter exaltat* (ſic D. Bernard.) *aliis arroganter inſultat, ſe ſolum decipit, qui ſolum ſe excipit, qui ceteros damnat.* Audiſti & vidiſti Dominum expoſuiſſe quòd ſuperba illa exaltatio quâ ſe ſingularem omnibus anteferebat peſtis fuerit omnium bonorum eius & quidem plurium interfectrix, nec non culter quo tranſfoſſus interiit. Deinde non attendis quod illis verbis generalem ceteris diſcipulis eius inuras calumniam & occaſionem præbeas non leuis contentionis ſociis tibi coæqualibus: cum illis ipſis audientibus eos omnes in Chriſti ſequela tibi velis poſtponere? Nec aduertis præſentes adeſſe Iacobum & Ioannem: qui tibi neutiquam in hoc cedent prærogatiuam, cum prætenderint tantam ſibi ineſſe fidelitatem in Chriſti ſequela ſuper omnes, vt in regno eius dexteram, petierint & ſiniſtram aſſeſſores?

*Marginal notes:* 26 — *Luc.* 18. 10. — D. Ber. *de gradib. humilitatis in præf.*

Cum Iob tanta præſtaret humilitate & patientia, nequiuit tamen modeſtè ferre vanam amicorum ſuorum arrogantiam, quâ ſe ſingulares ceteris anteponebant: vnde & illis ait: *Ergo vos ſoli eſtis homines & vobiſcum morietur ſapientia? Et mihi eſt cor ſicut & vobis, nec inferior veſtri ſum: quis enim hæc quæ noſtis ignorat?* Faſtidioſus ille eſt, qui opinatur & aſſerit neminem ſibi parem, intellectum ſuum aliis collatum ſe habere vt ſolem reſpectu ſtellarum, & quiſque ſibi reputat ignominiam fieri, ſi quempiam videat qui ſe ceteris ſtatuat anteſignanum. O Petre, quàm grauiter ex eo quòd dicis poſſunt alij tui condiſcipuli commoueri, tibique idem cum Iob obiicere. Numquid te fugit turbatio illa quam excitauit in cordibus Patriarcharum filiorum Iacob, & fratrum Ioſeph, inuidia, quia illis Ioſeph cum iunior eſſet anteferebatur, ipſe reliquos poſtponeret, coram ipſis profeſſus ſibi ſoli maiorem adeſſe poteſtatem quàm reliquis omnibus ſimul: quod ita moleſtè tulerunt, vt ea de cauſa mortem illi machinati ſint? Paſſim

*Marginal note:* Gen. 37. 5. 6. 7.

*Gen* 37.5. 6.7.

notum eſt quod Dauidi contigit, quando animum ſuum paratum oſtendit deſcẽſurus in arenam & duellum contra Goliath, quodque ipſe fratribus omnibus ſuperior eſſet & audacior: etenim ea de cauſa maior natu tantopere contra illum ſtomachabatur, vt eum temerariũ & præſumptuoſum inſimularet. Vlterius vbinam didiciſti ſic diuino tuo magiſtro contradicere, tali faſtu & arrogantia, vt hoc velis promiſſum tuum fore verius quàm eius oraculum: verbum tuum firmius & conſtantius, quàm eius vaticinium, nec non primò eius verbum quàm tuum eſſe defuturum?

*Iob* 9.3.

Apprimè talis damnatur præſumptio illa Iob interrogatione. *Quis poterit contendere cum eo? Sapiens corde eſt, & fortis robore.* Quis ſibi tantum arrogabit, vt ſe Deo litigioſus opponat, verbiſq; eius contradicat, quando aliquid eſſe ſic aſſerit, vel fieri vult: cum ſapientiæ eius non ſic numerus, nec fortitudini vlla reſiſtentia? O Petre (ſic D. Aug.) attende prudentis non eſſe infirmi altercari, & contendere cum medico ſapientiſſimo, quando conſiderato pulſu aſſeuerat terribilem inſtare acceſſum vel augmentum febris, ſed præuenire illam conuenit iis conſiliis

D. Avg. Ser. 121. & 124. *de temp.* Tom. 10.

quæ medicus illi ſeruanda præſcribit. *Videte fratres chariſſimi, verus & cœleſtis medicus, venam cordis inſpexerat, & quâ hora tentationis pondus, vel infidelitatis frigus venturum eſſe prædixerat. Medicus prædicebat, & ægrotus negabat: ſed vbi ad horam ventum eſt, falſum fuit, quod promiſerat homo, & verum apparuit quod dixit Deus.*

V. Arrogantia cauſa negationis.

Ex his clarè patet cauſa negationis Petri, nimirum animus elatus ſuperbus & arrogans, qui ſibi adſcribit ſoli plus quàm reliquis omnibus eſſe animoſitatis. Audiente Petro hæc verba, omnino certum erat, quòd lamentabiliter turpiterque caderet: etenim, vt benè D. Aug. liquida eſt illa S. ſpiritus ſententia, quod cum animum videris faſtuoſum, ſuperbientem ac temerarium, exſpectare debeas imo verius timere lapſum pone ſequi grauiorem. *Ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriam humiliatur.* Huius ſententiæ primam partem ſic legit vulgata. *Contritionem præcedit ſuperbia, & ante ruinam exaltatur ſpiritus,* & ſecunda finis eſt cap. præcedentis. *Gloriam præcedit humilitas.* Et ambo copulata reperit Spiritus S. in iiſdem Prouerbiis. *Antequam conteratur, exaltatur cor hominis, & antequã glorificetur, humiliatur.* Hanc doctrinam proſequitur D. Aug. hæc loca interpretatus, ex quo meo iudicio ſumpſit D. Greg. q. d. Spiritus S. Conſidera duo pũcta ſeu polos quibus innititur exaltatio &

*L.* 14. *de ciu. c.* 11. 13. & 14. *Prou.* 16. 18. *Prou.* 15. 33. *Prou.* 18. 12. *L.* 25. *mor. c.* 8.

humiliatio. Cor notas ſuperbum, arrogans, præter modum attribuens? Prædicito illi certo lapſum adeo grauem, vt ex eo omnino conteratur viribuſque eneruetur. Cor aduertis humiliatum, de ſe nihil præſumens, nihilque ſibi adſcribens? Vatet illi prænuntia glorioſam exaltationem, & victoriam omnino ratam: vt enim exaltatio viam ſternit humiliationi, ſic humilitas exaltationi: quocirca ſemper dum faſtum videris præter modum inflatum, caſum prænuntia ignominioſum.

Prouincia Moab diuitiis affatim affluebat, thesauris abundabat, & armentis manu propria ſibi conquiſitis: de his iactabat & his omnibus confiſa victoriam ſibi pollicebatur ex omnibus congreſſibus, & de quibuſlibet inimicis optatiſſimam. Aduocat Deus Hieremiam, atque illi. Audis quid illi Moabitæ effutiant, plenis; buccis concrepent, ſuis viribus opibuſque confiſi? Eo proficiſcere. & nũtium defer ciuitati Moab: eſt enim hæc Metropolis prouinciæ pariter Cariathim, & dicito; ſuum lugeant infortunium, prædicens illis, ad primum cum hoſte cõgreſſum eos fore vincendos, euertendos, ſpoliandos, & graui confuſione reiiciendos. *Ad Moab. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Væ ſuper Nabo: quoniam vaſtata eſt, & confuſa. Capta eſt Cariathaim, confuſa eſt fortis, & tremuit.* Dicito illi quod amodo ſe credat euerſam, confuſione plenam ignominioſa. Quid hoc? nedum apparent hoſtes, & amodo vis victam ſe lugeat? Atque. Quare? *Pro eo quod habuiſti fiduciam in munitionibus tuis, tu quoque capieris.* Legit Chaldæus. *Quia confuſa es in theſauris tuis.* Dic quid poteſt ciuitati ſuperbæ, qualis tu es, quæ te iactas, ceteriſque ſuper extollis tuis inordinatè confidens viribus, niſi vt ita certam tum tibi perſuadeas ruinam, vt iam credere te poſſis euerſam & ſpoliatam. *Vaſtata eſt & confuſa & capta, &c.* Tibi continget, aſſerit Dominus, quod flori camporum mane orienti pulchrè adeo & gratè, vt omnium ad ſe rapiat oculos, & ad varium Boreæ flatum langueſcit, caput demittit totaque perit cunctis grata pulchritudo. *Date florem Moab, quia florens egredietur, & ciuitates eius deſertæ erunt, & inhabitabiles.* Prodibat Moab in campum tempore belli, vires exerens, ſeque monſtrans vt flos vernans roſeus: ſed ero ad venti vnius commotionem tota eius corruet roſea venuſtas, flacceſſet, langueſque emarceſcet.

O Petre ſanctiſſime, quàm congruè & veraciter tuum tibi poſſemus prænuntiare lapſum, eo

pede,

pede, quo tuas buccinas vires, etenim eo paſſu eum tibi Chriſtus vates annuntiauit. Quis tuus hic iactabundus animus? Quàm tibi ſuperbit cor & exaltatur? quàm ſupra modum vires tuas animumque faſtuoſus exaggeras? tuo quidem iudicio cetero? omnes animo ſuperas, idque tantâ pertinacia vt tibi firmiter perſuadeas certius multo fore quod promittis homo, quàm quod Deus tibi certò confirmat. Tanta tua ſuperbia & inaudita præſumptio tuum confirmat prædicitque lapſum, & grauiorem quidem quàm ceterorum comitum tuorum, tibique vt verû præſagio, quod capieris, quia confiſus es in theſauris tuis. Flores vernantes videntur promiſſa tua, verumtamen hoc velim tibi perſuadeas, quòd hæc ad primi flatum turbinis marceſcent, quem ore contrariorum efflabo, licet tam debilis ſit, vt eſt vnius puellæ viliſſimæ verbum oſtiariæ: cades, effundêris, & ſumma confuſione ſuperaberis. Parce mihi Petre ſanctiſſime, non ego hoc aſſero, nec ſcribit hoc Spiritus S. inquit D. Chryſoſt. ad tui nominis ignominiam, ſed ad noſtram medelam, atque vt videntes in tuis infortuniis noſtrorum cauſam, has vt peſtem euitemus: ſi namque in te paucorum fuerint origo damnorum, quid non in nobis efficient? (Hom. 11. [illegible])

§. II. *Quantò quis diſtinctiùs naturalem ſuam agnoſcit infirmitatem, tantò ſe fortiùs ad gratiam diſponit, & reipſa eſt diſpoſitus, quando ſe claudum videt, vt Iacob.*

☞ 14 HÆc eſt fratres, ratio ſcelerum veſtrorum; arrogantia, propria æſtimatio, tibi plus quàm ceteris omnibus arrogare, cogitare te fortiorem, & reliquis ſapientiorem, te ceteros poſſe docere, reliquos poſſe aberrare, quodque ſolus ille ſis qui prudentiâ valeas. Hinc tot oriuntur peccata, modicus in periculis timor, parua in actionibus tuis præcautio, quòd te facilis ingeras occaſionibus, quòd ſubitò commouearis in illum qui tuâ ſententia debitam tibi non exhibet reuerentiam, quòd à nemine te corripi patiaris, quòd omne proficuum repellas conſilium, quòd cuilibet te præceps immiſceas negotio, præſumens feliciter tibi beneque ſucceſſurum. Humiliare miſerrimè, teipſum agnoſce, caue tibi: ſi namq. præſumptio, fit in Petro tantæ negationis origo, & in te ſimiliter erit vſque ad profundiſſimas abyſſos. *Nemo erit firmus* (audito loquentem D. Auguſt.) *niſi qui ſeipſum ſentit infirmum.* Ne te ſecurum arbitreris, ne tuis vltra modum fidas propoſitis & intẽtionibus: etenim ſi deſideres, vt ſua te Deus manu fulciat, ne labaris, intelligere te oportet, inquit ille, quod ait Dauid, quod Deus pluuiam ſuam mittat fauoris ac gratiæ voluntariam animæ, quæ ſeipſam infirmam iudicat & impotentem, & illi concedatur propoſitorum intentionumq; perfectio, quæ diuino tantum fidit auxilio. Loquatur D. Auguſt. *Pluuiam voluntariam, ſicut Pſalmus dicit, ſegregauit Deus hereditati ſuæ: etenim infirmata eſt, tu vero perfeciſti eam, quia pluuiam voluntariam ſegregaſti, non attendens hominum merita, ſed tuam gratiam & miſericordiam. Infirmata eſt ipſa hereditas, & agnouit ſe infirmam in ſe, vt firma eſſet in te. Non firmaretur, ſi non infirmaretur vt abs te in te perficeretur.* His inſiſte verbis. *Hereditas tua infirmata eſt, tu verò perfeciſti eam.* Legit noſter Cardin. Caietan. *Tu vero firmaſti eam* Et noſter Pagninus. *Tu verò confirmaſti eam.* q.d. quando Domine tua hereditas (vel ita dicamus) anima ſeipſam infirmam cenſuit & debilem, viribus deſtitutam, propria virtute languentem, & ita ſeipſam conſiderans cunctos veretur inimicos, imò & eorum impotẽtiores: tuo tunc illi diuino ſuccurriſti ſubſidio, illam ita corroborans, vt victrix redire poſſit ſuperatis ferociſſimis & potentiſſimis gigantibus Chananæis, Amorrhæis, Phariſæis, &c. & maximas eorum vires roburque proſterneret. (Pſ. 67. 10. D. Aug. Ser. 13. de verbis Domini.)

1. Cognitio propriæ infirmitatis.

Neſcio quibus verbis hoc enucleatius explicem, quàm illis quibus D. Paulus nobis expoſuit quod in ſe agebatur: *Cum infirmor, tunc potens ſum.* Quando me reputo magis languentem, eneruum & virium mearum defectum clariùs agnoſco, tunc illas habeo potentiores, ſumque robuſtior: etenim animoſus aggrediar & intrepidus ipſos tenebrarum Principes, totumque infernum, omnes eorum grauiſſimos proterâm impetus, & ridebo tẽtationes. Quomodo fiet illud? Qua ratione tunc aliquis animos vireſque gerit robuſtiores quãdo ſuas ipſas agnoſcit infirmiores? Imò quis dixerit, eum animo non deſtituendum, fugiturum, & arma proiecturum. Imprudentiæ dux ille accuſaretur, qui copias ſuas recenſens, eaſque exiguas & infirmatas inueniens, tunc vellet animoſior hoſtium turmas adoriri potentiſſimas: dicendo, eorum nunc eſt infirmior exercitus. Vera loquitur Apoſtolus, & cœleſtem proponit nobis Theologiam, quam modo declaramus. Supponit, ſe hoſtes ſuos non ſuperaturum, nec fortiores tentationes viribus ſuis, ſed Dei fultum auxilio, quòd tantò copioſius animæ (2. Cor. 12. 11. — II. Hæc in D. Paulo quid operata ſit.)

communicat, quantò verius hæc ſuam agnoſcit infirmitatem: tantoque ſe præparat digniorem, vt ſuam Deus illi tribuat fortitudinem, quantò clarius hanc in ſe cognoſcit infirmitatem: quia per hoc manifeſtius Dei virtus agnoſcitur, & eius gratia tantò glorificatur amplius. Idcirco dicit Apoſtolus, quòd quātò vires ſuas ſentit inferiores, tantò fit ex Dei viribus fortior & ſuperior.

☞ 29 *Hom. 5. n. 16. & ſeqq. L. de gradib. humilit. ad finem præfat.*

Hoc conceſſo, ſicut tunc fortior eſt & animoſior, quando ſe reputat infirmum & elumbum: *Cum infirmior, tunc fortior ſum & potentior*: ita cum vires tibi credes eſſe fortiores, faſtumque tuum animoſiorem, tunc oportet intelligas te magis infirmum, elumbum & caſui proximum, dicito: *Cum fortis ſum & potens, tunc ſum infirmior*. De quo fuſiùs aliàs egimus, & nobis declarat lucta Iacob, quam appoſitè perpendit D. Bern. Nuntium audit, Eſau fratrem multa militum manu in ſe irruere, quocirca ad verum recurrit remedium: nempe orationem, à Deo ſibi poſtulans auxilium: cumque in ea ſedulò vigilaret, ecce apparet Angelus Dei ſupplens vices, cùm quo tota nocte luctatur: lucta

III. Probatur allegoricè in Iacob.

verò lacrymis fiebat & ſingultibus, agendo & requirendo ſubſidium occaſioni illi adeò periculoſæ. Luceſcente iam aurora, dum hoc illi largiri proponit, tetigit femur eius, & neruus emarcuit in quo omnis femoris vis conſiſtebat manſitque claudus. Dicit ei: nunc attende te fortem eſſe & potentem (hoc enim ſignificabat quod Iſraël vocaretur id eſt *Vincens Deum*) & cor tuum non formidet à potentia fratis tui: pedibus etenim tuis vis victus ipſe proſternetur. Quid hoc cœlorum Domine, quale myſterium? Cùm ante tanta ſanus valeret fortitudine, vt pedibus firmus conſiſteret, occurrere non præſumpſit fratri ſuo, & modo id claudus tentabit? Vtique nunc etenim dum eſt in ſe claudus, illique neruus emarcuit & languet infirmus, cognoſcit ſibi vires deficere, quibus pedibus conſiſtat, nunc ſecum trahit Dei vires adeò potentes, vt omnes perfringat impetus ſibi occurrentes: ſi namque ſolis pedum ſuorum viribus audax niteretur, quantò magis de his ſibi gloriaretur, tantò poſſes infirmiorem illum iudicare, atque de eo meritò timere, ne ad primum cum hoſte congreſſum ſit proſternendus. Nunc igitur dicere poteſt: *Cum infirmor, tunc fortior ſum & potens. Vtinam* (& nos cum D. Bern.) *& meum neruum Angelus tangat vt marceſcat, ſi fortè ex hac infirmitate incipiam proficere, qui ex mea infirmitate non poſſum niſi deficere.* Teipſum ô pauper, humilia, tuam fatere infirmitatem, de tuis ipſis time propoſitis, ſi vel ſuam tibi gratiam Deus impertiat, tuam roborans infirmitatem & languorem, quatenus in occaſionibus ſtes immobilis. O Petre ſanctiſſime; quantò namque pedes extollis animoſius, tanto plus iuſto fidens viribus & animo, tantò te video caſui tuo viciniorem: etenim illa infirmitas, aſſerit D. Aug. per aliud nihil curatur efficaciùs quàm ſi tibi ipſi relinquaris, tuis ſolus viribus, quatenus lapſus ille tibi ad oculum demonſtret, quàm eſſent imbecilles, & quàm meritò illis inniti non debuiſſes.

Argumentum propono doctiſſimum, quod huius gratia facit D. Aug. contra Pelagianos: quorum hæreſis maximè ſi vel vlla viribus fauebat naturæ noſtræ liberi arbitrij, negans nobis gratiæ diuinæ eſſe neceſſarias. Refert illos Catholicam exſibilaſſe doctrinam, quam Sancti profitentur, & ipſa probauerat, propriamque medicinam, quâ Deus eius ſanat ſuperbiam, qui ſibi nimis arrogat, eam eſſe, quod tollit manum ſuam, patiturque talem in quamdam labi turpitudinem infirmitatem. Eleganter expreſſit hoc D. Baſil. *Scire conuenit peccata Religioſorum virorum plerumque etiam euenire ex conſilio Dei ad ipſorum vtilitatem, cum videlicet Deus eos labi interdum permittat ad ſanandam aliquam illorum elationem, quæ præceſſit, cuiuſmodi eſt, quod Petro dictum eſt, & in ipſo contigit.* Si Deus (argumentum eſt Pelagianorum) curaſſet peccatum ſuperbiæ, per hoc quod ſuperbum pateretur labi in crimen enorme infirmitatis, eſſet vnum peccatum curare per aliud, & vnum ſtatuere peccatum, vt tollatur aliud: & hoc foret inordinatè factum, & peccato peccatum adiungere: quia ſi ad veneni curationem aliud applicaretur venenum, non hoc eſſet malum curare, ſed augere: ſimiliter ſi ad extinguendum ignem alius accenderetur, nihil aliud fieret, quàm quod primus fortiùs accenderetur. Magnam nimis ſapit hoc amentiam, reſpondet D. Aug. An ignoras curationem fieri per contrarium, calorem frigore, & aridum humido curari? Superbia elatio eſt animi ſibi fidentis, igitur lapſus congruum ſibi eſt remedium, quo deprimatur & humilietur. Deus hoc ſuperbo applicat eum curaturus, non eo modo, vt ipſe faciat peccatum, vel peccare eum faciat: etenim ipſe nec facit illud, nec facere poteſt, ſed facit hoc manum ſuſpendens & permittens vt cadat, quatenus hoc caſu ſuper eius deprimatur quâ ſibi ipſi nimium attribuebat. An fortè nouum ſit dolorem, vnum altero curari? Numquid tibi pœna curatur ſtomachi, altera

quam

quam ſumis, purgationis. Tumor ille vlceris ſeu Apoſtematis, quo cruciaris an alio curatur quàm nouaculæ inciſione, quæ tibi peruadat animam? *Quaſi non vlcus in dolore ſit & ſectio dolorem operetur, vt dolor dolore tollatur?*

An ignoras, inquit, incentorem peccati fuiſſe ſatanam omnium peccatorum principium? Nihilominus quo D. Paulus nonnullos curauit, hoc erat quòd traderet illos poteſtati, manibuſque ſatanæ, ab illo in corpore cruciandos. *Quos tradidi ſatanæ, vt diſcant non blaſphemare.* An eſſe vis conſtans & immobilis? Ne tuæ fidas firmitati, nec te ſecurum arbitreris, quamuis animum in te ſentires faſtumque D. Petri, ne diceres: *& ſi omnes ſcandalizati fuerint, ſed non ego.* Nec ceteros contempſeris, ne vires tuas aliorum præferas animoſitati. Sequere conſilium Apoſtoli: *Nihil per contentionem aut inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrātes.*

Etenim vt declarat D. Tho. mutuatus ex D. Auguſt. dicere voluit, hoc cogita de reliquis omnibus, quòd te ſint fortiores, te ſint coram Deo meliores, & conſtantiores, & hoc non mendaciter, ſed veraciter eo modo vt in alijs bonum attendas, quo fulgent: nam nemo eſt qui non aliquid habeat boni, in te verò defectus tuos culpaſque conſideres, atque ita illos iudicabis eſſe te probiores. Ne Phariſæum imiteris: qui in ſe bona opera conſiderabat quæ faciebat, ieiunabat, decimas ſoluebat eleëmoſynas erogabat: in alijs autem peccata, quòd eſſent homicidæ, latrones, adulteri; quò ſuperbè credidit, ſe ceteros ſanctimoniâ præcellere. Tu vice verſa perpende bonum & virtutem in alijs, & malum vitiaque in te, & vera credes humilitate: *In humilitate*, inquit Apoſtolus, quòd nequaquam conueniat, vt te reliquis faſtuoſus anteferas, ſed humiliter poſtponas, & poſthoc cautior & timidior viuas omnibus. Didicit ex hoc caſu optimè D. Petrus, ſe incongruè fuiſſe locutum, *Et ſi omnes, &c. ſed non ego*: inde poſtmodum aliâ vſus eſt loquendi formula. *Acceperunt Spiritum S. ſicut & nos.* quod ſic confirmat D. Auguſt. *Didicit non de ſe ipſo fidere, & hoc ei profecit in bonum faciente illo qui diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Quàm vtiliter edoctus exilijt! quàm ſatisfactè depreſſa eſt ſui præſumptio. Ita vt poſtmodum à Domino interrogatus, vtrum illum præ ceteris amaret, ad hoc annuens illudque confirmans, licet illi Dominus non contradiceret, tamen tertio requiſitus, timuit, metuque perculſus, diuino iudicandum hoc iudicio commiſit, dicendo: *Domine, tu noſti omnia, tu ſcis quia amo te.*

§. 12. Sequebatur Petrus à longè. *Eo ipſo quo ſe Petrus à Domino elongat, deferuet eius animus, intratque paupertas, quam Deus dixit eſſe ceti præcurſorem.*

PRogrediuntur vlteriùs SS. Euangeliſtæ & narrare incipiunt lamentabilem Petri caſum; patet enim quòd Domino vel paululum auertente faciem ſuam manumque ſuſpendente turbatus fuerit, & obcœcatus vt dicere potuerit, annuente D. Auguſt. *Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus*: & hoc ipſum deſcribit Spiritus S. ita vt enarrens lapſum eius nos pariter inſtruat quatenus nobis à ſimili caueamus. Capitur Chriſtus, & quamuis D. Petrus initio ſuam teſtare voluerit erga Dominum fidelitatem, animumque imperterritum, eximens gladium, auremque Malcho præſcindens, hoc tamen veriùs dixeris fuiſſe flammas ſtipulæ (a) quæ citiùs euaneſcunt, & velut vltimæ quas candela à ſe emittit, quando iam lumen eius extinguitur: quia ſtatim ſe ſubtraxit & non minor ſocordia quàm reliqui diſcipuli, ſe proripuit in turpiſſimam fugam; de hac etenim omnes accuſat Spiritus S. æqualiter. *Omnes relicto eo fugerunt.* Cùm igitur Dominus captus & ligatus duceretur in Hieruſalem clamore & vociferatione non vulgari: Petrus qui iam timore perterritus fugam fuerat meditatus & paululum ſeceſſerat, *Sequebatur eum à longe.* Iam ſpiritus eius langueſcit, iam metus illi cordis alas deijcit, iam ſanguis congelatur, iam vires deficiunt & emoriuntur ad ſequendum, vnde formidoloſus à longe ſequitur non auſus appropinquare. O Petre, acclamat illi D. Ambroſius quàm mihi diſplicit te ſic à longè tuum ſequi præceptorem: iam tibi poſſum vaticinari quòd breui te damnum opprimet & perditio, eumque poſt puſillum ſis negaturus.

Luna omne ſuum mutuat à ſole lumen vndedum illum ſequitur, nec aliquid medium intercurrit inter ipſam & Solem, tunc luce & pulchritudine plena reſplendet: ipſo momento, quo motu ſuo tardiori & ſuſpenſo ſe à directo Solis elongat aſpectu, locumque cedit, vt terra media interponatur iam lumen eius deficit tantoque grauiorem patitur ecclypſim, quantò terrâ

magis

Marginalia: 30 — Loc. cit. Pſal. 29. 8 — (a) Fuerun allamarada de eſtopa. — I. Similitudo.

magis interponitur & ipſa longiùs à Sole diſcedit, donec omnino obtenebretur. O Petre, luna mundi, creatus es vt in huius vitæ nocte illumines (*Vicariam Solis* appellant aliqui lunam) iam retrocedis, iam timore percuſſus deficis: caue, confeſtim etenim tenebris inuolueris, & eclipſim patieris triſtiſſimam. *Petrus ſequebatur à longè. Et bene à longè ſequebatur* (inquiunt D. *a.* Ambr. & *b.* D. Auguſt. & iiſdem quidem verbis) *proximus negaturo: neque enim negare potuiſſet, ſi Chriſto proximus adhæſiſſet.* Quantam patitur olla mutationem ab igne remota: cui ſi proxima fuerit, quos excitat feruores, & vndas inflatas, & turbinibus agitata ſubſilit, vt ipſum velit ignem vincere & mortificare. Ab igne ſeponatur, & videbis quam citò deferueſcet, turbineſque langueſcent, vt iam nedum non in altum ſubſiliat, ſed etiam recolligat vndas, nec quid vltra percipiatur.

a In c. 22. Luc.
b Ser. 117. de temp.

II. Qui ſe à Deo elongaret, corruet.

Ita D. Petro contigit, & hinc illi paratur damnum & tuum quoque perpende ô Chriſtiane: tibi namque ſuô modô idem contingit. Acceſſiſti ad Deum proximus, peccata tua confeſſus es, veniam rogaſti, & vt alter prodigus dixiſti: reuertar in domum eius, eius lætabor ſocietate, atque vt illum in domum tuam reciperes, illum in venerabili Sacramento recepiſti, & per hoc tibi ſuccedit, vt illi qui ad ignem approximat: hoc enim indicat, vocans ſeipſum ignem *a.* inquit Origenes, *b.* q. d. *Qui appropinquant mihi, appropinquant ad ignem*: vide effectus ignis particeps efficeris, lucem accipis in intellectu, & calorem in voluntate quæ deſideria oſtendis? quæ propoſita? quæ promiſſa? Quemadmodum Petrus illis feruens ebullis: etſi occiderint me, Deum amplius non offendam. Totus eius mancipabor obſequio: totum me vitæ conſecrabo emendationi. Hæc tua eſt defienda calamitas, quòd citò ab igne diſcedere feſtines: vix enim pedem ex templo retuliſti, & ſtatim te mundi ingeris conuerſationibus: iam oculos tuos vagari pateris & diuertere ad talis puellæ formoſitatem, iam tui te pelliciunt appetitus, iam pigreſcis, & gradum ſiſtis, iam ceſſat oratio, iam bona languent propoſita, iam promiſſorum obliuiſceris, iam à Chriſto te ſeparas, hæc origo tuæ eſt perditionis.

a Deut. 4. 24.
b Ho 4. in Ioſue.

Appoſitè valdè declarant *a.* D. Gregor. *b.* & D. Bernard nonnulla verba ſatis intricata, quæ Domino Iobo propoſuit, ſub ſymbolo ceti deſcribens qualitates, modumque agendi diaboli: *In collo eius morabitur fortitudo, & faciem eius procedit egeſtas.* Eminet inter piſces ſingulariter admodum cetus eo quod collum habeat, quia piſces ſicut non reſpirant, illo non indigent: porrò tantus eſt balenæ ſeu ceti calor & ignis, ob abundantiam ſanguinis quem habet, vt illo indigeat. Et ita *a.* Ariſtoteles illi & delphino collum aſſignat. Eſt ingens hoc & vaſtum ob rationem quam notat Plin. *b.* vt collum ſit capiti proportionatum, quòd ceto eſt maximum: vnde tantum eſt & adeo fortè balenæ collum, vt dici de illo poſſit: *in collo eius morabitur fortitudo.* Collum, interprete D. Gregorio phraſi S. paginæ familiari denotat ſuperbiam: nam idcirco ad declarandam ſuperbiæ magnitudinem puellarum Hieruſalem, de illis ſic fatur. *Ambulauerunt filiæ Hieruſalem extento collo.*

a Lib. 34. Mor. c. 1. & 2.
b In præf. vita S.

Hoc ſuppoſito magnum eſt & forte diaboli collum: etenim eius ſuperbia maxima eſt, tamque fortis & temeraria, vt ipſum auſus ſit Deum impetere; volueritque ad minus illi collateralis aſſidere, illique ſimilis eſſe: nec non adeo inflexibilis eſt & contumax colli huius elatio, vt eodem ſemper ſtatu ſuperbiat, quinimò aſcendit ſemper & altiora petit iuxta Dauidis illud oraculum. *Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper.* Continuò mundi huius ſulcat pelagus ſua prætenſione faſtuoſus, animas conquirendi, in illis reſidendi: ſunt enim vt throni & ſedes Dei, quinimò & ipſas deglutiendi. Et qua ratione facit? Paupertate & egeſtate. *Faciem eius precedit egeſtas.* Statuit egeſtatem tamquã præcurſorem ſuum, & vt talem mittit illam ante faciem ſuam, eo modo quò Chriſtus diſcipulos ſuos, teſte D. Luca: *Miſit illos binos ante faciem ſuam, in omnem ciuitatem & locum, quò erat ipſe venturus.* Talis eſt egeſtas. Faciem eius præcedit egeſtas, quænam egeſtas? Fortè paupertas? congrua eſt diſpoſitio, vt illum diabolus deiiciat. Imo Chriſtus paupertatem ſtatuit; vt optimam diſpoſitionem diuini in animam ingreſſus. *Super quem requieſcet Spiritus meus, niſi ſuper pauperculum, &c.* Loquitur de vera paupertate, quæ defectus quidam eſt virtutum donorumque cœleſtium. Veræ diuitiæ ſunt animæ diuitiæ: terrenas enim illas appellat Dominus falſas, & deceptorias. *Fallaces diuitias a. deceptorias diuitias, b.* Plurimas ob cauſas, quas proſequitur idem D. Gregor. O quanti pretij ſunt illæ diuitiæ, diuitiæ inquam ſpirituales! Hoc vnum inter cetera precor, ait Apoſtolus à Domino, vt lumen vobis diuinam infundat lucem, quatenus per illam videatis & cognoſcatis, quàm inæſtimabiles ſint, & quàm immenſi valoris illæ diuitiæ, quas

Deus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Deus animæ communicat. *Oro Deum gloriæ, vt det vobis ſpiritum ſapientiæ, &c. illuminatos oculos mentis veſtræ, &c. vt ſciatis, quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis, &c.* Sicut autem illæ veræ ſunt diuitiæ, ſic earum inopia vera eſt paupertas. Ita D. Ioanni Angelus iniunxit, vt Epiſcopo declararet Laodicenſium, quod quamuis ſe diuitem æſtimaret, quia bonis abundabat terrenis, in rei tamen veritate pauper eſſet: quia diuitiæ deficiebant illi ſpirituales. *Dicis quia diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo: & neſcis, quia tu es miſer & miſerabilis & pauper, & cœcus & nudus.* O quantis in hoc mundo viuentibus hoc deceret exprobrare! Hanc egeſtatem ante ſe præmittit diabolus, vt ſuum antecurſorem. Non enim ictu ſanctum inuadit, quem diuitiis cernit locupletem: aduertit enim his eum fortem eſſe & validum, quem timet, & ab eo refugit, vt D. Antonius Monachis ſuis aſſerebat: *Mihi credite, fratres, pertimeſcit Satanas piorum vigilias, orationes, ieiunia, voluntariam paupertatem, miſericordiam, humilitatem, maximè verò ardentem amorem in Chriſtum.* Vnde huic adlaborat, vt illos his ſpoliet opibus: hoc die feruentem illi tollit orationem, quam matutinam obſeruabat, illo examen conſcientiæ noctu celebratum, alio communionem altero cõfeſſionem, iterum pium aliud exercitium, quo mens eius in cœlum dirigebatur; deinde modicum orationis tempus, quo Deus feruens appropinquabat. Hoc igitur modo paulatim fit inops, etiam vires illi languefcunt, ſpiritus extinguitur, deuotio flacceſcit: quem ſic tentens deſtitutum impetit, adoritur, & grauiter impellit, vt proſternat: ſicut qui parietem impellit vt eum in caſum propellat: primo deorſum quoſdam effodit auferetque lapides, quibus firmus innitebatur.

Abſque dubio fuit hæc (inquit ille) verſutia diaboli, quâ Dauidem deiecit quod ipſe lapſus declarat in hæc verba: *Infirmata eſt in paupertate virtus mea, & omnia oſſa mea conturbata ſunt.* O quam ſanctis fulgebat Dauid exercitiis! ſepties in die Domino preces fundebat. *Septies in die laudem dixi tibi.* Et præter hoc media de nocte ſurgebat oraturus. *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.* Ieiunabat, carnemque ſuam ita ſeuerus extenuabat, & ſubiiciebat, vt vix pedibus ſubſiſteret. *Genua mea infirmata ſunt à ieiunio.* Vigil & ſolicitus domum ſuam ſcrutabatur, ne quis in illo eſſet, qui non diuino famulatu occuparetur. *Ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat.* Actionibus ſuis anxius inuigilabat, viuâ ac continua Dei præſentia ſe præmuniens: *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, &c ne commouear.* Occaſiones prouidus cautuſque fugiebat, quo poſſet animam ſeruare illibatam. *Et ero immaculatus cum eo, & obſeruabo me ab iniquitate mea.* Suam vocat iniquitatem, carnis ſuæ concupiſcentiam: non quia ipſa in ſe ſit peccatum, ſed quia radix eſt quædam peccatorum, ob appetitus quibus mouet nos & impellit. Pſ. 15. 8. Pſ. 17. 24.

Hortulanum mihi non oſtendes, qui tantâ ſedulus diligentia malis inſudet eradicandis herbis in horto ſuo, ac David grauiter appetitibus carnis ſuæ euellendis incumbebat. *Obſeruabo me ab iniquitate mea.* Satanas illum impugnare proponit, & hoc primò ſtudet efficere, vt illum reddat inopem, exercitia dimouens quibus tenebatur occupari. Hoc annotauit Spiritus ſanctus dicens: quòd eo tempore quo Reges ſolliciti muneris ſui diſtenduntur exercitiis, ſeque ad bella agenda præparant: *Eo tempore quo ſolent Reges ad bella procedere*, inuaſerit illum ſpiritus quidam acediæ & pigritiæ, domique ſuæ deſes hæſerit, ſpiritualium exercitiorum ſuorum factus obliuioſus: nunc orationem intermittens, nunc pœnitentiam: nunc ei ſpatiari placet & obambulare; nunc oculos circumquaque lubet deflectere cuncta conſpiciendo. Intuetur illum diabolus, & piis omnibus inopem cernit exercitiis, quodque per hoc feruor ſpiritus eius deferbuerit virtuſque languerit: conſiderat illum à Deo elongatum & diſtractum, aſpiciendo Bethſabee diſtentum, quæ nuda corpus abluebat, quo contuitu adhuc anima illius pauperior nudiorque euadebat: tunc igitur grauiſſimum fecit impetum, quo illum turpiter proſtrauit, factumque eſt vt omnia eius oſſa colliderentur & turbarentur: *Omnia oſſa mea conturbata ſunt.* Oſſa, ſi D. Gregorio credimus, virtutes ſunt, vireſque animæ, propoſita eius, animus, feruor, & in bono promiſſiones. De illis præfatus cecinit pſaltes, locutus de martyribus. *Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, vnum ex his non conteretur.* Qua ratione dicis hoc Propheta ſanctiſſime quærit D. Gregor. ſi tantos videamus Martyres confractis cunctis oſſibus colliſos, vt nec vnum integrum ſanumque remanſerit? Imò bono latroni nouimus, omnia crura fuiſſe confracta. Non loquitur de corporis oſſibus ſed animæ, quæ ſunt virtutes eius, & promiſſa Deo facta, validæ confeſſiones, cœleſteſque animi feruores. Hæc illis oſſa, nequaquam confracta ſunt, imò potius tantò Deus ſeruauit illa fortiora, quantò tormenta corporis oſſium

2. Reg. 11. 1.

L. 5. Mor. c. vlt. ad finem & l. 23. c. 14.

Pſ. 33. 21.

VI. Oſſa SS. quænam cuſtodiat Dominus.

erant acerbiora. Quia virtus nudâ in paupertate elanguit, & ex defectu piorum exercitiorum ſpiritus deferbuit, ilico confracta & conturbata ſunt, inquit Dauid, hæc oſſa mea: quia defecerunt mea bona propoſita, feruentiores intentiones meæ elanguerunt, promiſſa mea Deo iurata non ſeruaui, & diabolus me ſubuertit, & eandem ob cauſam vos pariter ſubuertet, ſi paulatim ad egeſtatem deueniatis veræque in vobis hæ requirantur virtutes. Sicut enim illæ de Chriſto procedunt, vt de ſole lux (nam idcircò vocat illas Apoſtolus: *Inueſtigabiles diuitias Chriſti*) eo pede quo te à Chriſto elongaueris, pauper euades, inopiam patieris virtutis, animus tuus extinguetur, intentiones tuæ langueſcent, tuumque robur eneruabitur, vt D. Petro contigit, qui *ſequebatur à longè. Et benè à longè ſequebatur*, vt ait D. Ambroſ. *iam proximè negaturus: neque enim negare potuiſſet, ſi Chriſto proximus adhæſiſſet.* Ne te ab ipſo elongaueris: etenim in hoc omne tuum conſiſtit bonum. *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt*: aiebat Dauid. Bonum meum, mea ſecuritas, ſors mea felicior in hoc conſiſtit, quod me à Deo non elongem, illi firmus adhæream, me nullus ab illo remoueat.

Ephes. 3. 7. — D. Ambr. in c. 22. Luc. — Pſal. 72. 28.

VII. Deo proximè adhærendũ ne cadas.

Non miremur Petrum defeciſſe negando Chriſtum, quandoquidem *ſequebatur à longè.* Procul à Deo vires eneruantur, calor pectoris infrigeſcit: eſt etenim Deus ignis: time, ſi te ab illo ſeparaueris. Quando anima procul à corpore diſcedit, quàm frigidum remanet illud? quàm fortiter congelatum & obduratum: quia ab anima à qua vita procedit, procedit & calor, & illa deficiente cuncta deficiunt. Quando quis Deo proximus adhæret, quàm animoſum, quàm ſe feruentem gloriatur *Pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me* ſic aſſerebat Iob. Me tibi Domine vicinum ſtatuam: nam ex tua vicinia tantæ mihi vires accreſcunt, roburque tantum, vt quemlibet audeam prouocare licet fortiſſimum, quicumque voluerit mecum viribus contendere: quantus Moyſi animus, vt ad Pharaônem ingrederetur, Regem Ægypti omnium potentiſſimum & ſuperbiſſimum, illi præcepturus, vt populum dimitteret à ſeruitute liberum: & cum ille Rex eſſet tantâ potentia faſtuoſus, nec eius potentiam veretur, nec maieſtate turbatur, nec animi feritas eum terret, quominùs tanta loquatur illi libertate, nullaque turbatione perculſus. Quàm ingens Eliæ pectoris robur: cum enim ab illo quæreret Rex Achab, an ille, ille eſſet regni perturbator Iſrael, reſpondit intrepidus: Non ego turbator Iſrael, ſed tu, & domus patris tui, qui mandata Dei poſt tergum infidelis abieciſti, Baal idolo ſeruiturus. Nec hoc ſilentio tegamus quod Eliſeus dixit Regi Iotam in conſpectu duorum Regum auxilium quærentium. Quid mihi, & tibi eſt? Vade ad Prophetas patris, matriſque tuæ: nam viuit Dominus, in cuius ſto conſpectu, niſi faciem Ioſaphat Regis Iuda hic adſtantis reuererer, nec tibi loqui, nec te videre dignarer. Quis tantam vati miniſtrauit audaciam, vt tanto tantâ Regi loqueretur? Quis virum religioſum effecit adeo imperterritum, vt tali Regem aſperitate tractaret? Quòd Deum ſecum haberet, quòd ſecurus eſſet, quia Deo vicinus erat. Quis animum explicet Apoſtolorum, vt tanto reſponderent animo Iudæis. *Obedire oportet Deo magis quàm hominibus?* Dum enim Dominus prope eſt, omnia ſunt animus, vires, robur, cordis excitatio: porrò dum procul eſt, hæc omnia perduntur: vnde Petrus iacturam paſſus eſt animi ſui, roboris & fortitudinis, vt ad incutiendum ei timorem vel vna ancilla ſuffecerit oſtiaria, eaque abiectiſſima? quia *ſequebatur à longè*. Deum à longè intuebatur, quem ſi proximum ſibi tenuiſſet, nec totus cum mundus terrere potuiſſet.

Iob. 17. 3.

VIII. Inde SS. fortitudo.

Notandum cum D. Petro Chryſol. diuino planè conſilio D. Lucam Euangeliſtam, dum loqueretur de Magdalena pœnitente, hæc duo adiunxiſſe verba. *Stans retro ſecus pedes eius* q. d. ſterit pedibus conſtans circa pedes Domini: ille namque firmus ſtat & immobilis, à caſu liber, qui ſe à Chriſto procul non elongat: *Bene ſtans, quia cadere non poteſt; qui ad pedes Chriſti peruenit.* Proximum illi adſtantem ne cadat, ſuſtentabit. Huic manum dat D. Gregor. Nyſſen. notans quòd diuinus ille ſponſus ſponſæ ſuæ loquens ſecundum vnam tranſlationem eam vocet ſibi proximam. *Proxima mea*, quam ſecundum aliam appellat ſibi chariſſimam. *Amica mea*, quia in tantum anima ſeruabit amicitiam, eritque Dei amica in quantum fuerit illi proxima. Vel parum ab illo elongetur, & videbis quàm cito deficiat hoc amicitiæ vinculum, virtus, bona propoſita, piæ intentiones, promiſſaque ſæpiùs iterata. Mirentur omnes conſilium illud diuinum Domini noſtri, quando indicaturus damnum ac ruinam populo ſuo iam nunc imminentem vati præcipit Ezechieli, vt aſſumat nouaculam, ſibique radat capitis crines, eoſque tripartitim diuidat,

quo-

quorum partem vento agitandam exponat. An ſic eos nulla facta reſiſtentia tulit iam proſtratos? Capillos quamdiu inhærent, à quo pendet eorum eſſe & vita, quo tempore in eo ſuas retinent radices, ne timueris à vento diſpergendos, ſed reſciſſos & à capite ſeparatos ventus illico rapit vnoque turbine diſpergit, vt amplius non inueniantur. Sancti, verè dixerim, capilli ſunt nati & progeniti à Deo, qui caput eſt & omnis eſſentiæ bonique principium: quo tempore in illo radices figunt intellectus ſui ac voluntatis, poteſt illos, concedo ventus mouere tentationis & aduerſitatis, illoſque contriſtare & affligere, & reddere puſillanimes: verùm non eos ita rapiet vt pereant & diſpergantur: ſecuri ſunt. Illos à Deo ſepara, reſcinde per peccatum, & videbis quàm citò qualeſque illos ventus appetitus ſui rapiet per impudicitiam, vanitatem, iram & ſuperbiam, diceturque; *Ecce qui elongant ſe à te peribunt.* Quid mirum, quod te rapiat tuæ ventus concupiſcentiæ, & per tantum ducat malitiam, cùm te à Deo procul elongaueris? Pſal. 72.

§. 13. A longe. *Timuit Petrus, & lapſus eſt, vt miles puſillanimis, & tu quoque corrues, ſi timori cedas.*

Aliud quoque hic ſe conſiderandum offert ad vtilitatem noſtram. Ruina Petri naſcitur ex timore: hic eſt qui illum à Christo ſeparat, facitque vt procul ab eo elongetur: *Sequebatur à longè*, & hic communiter tuæ principium eſt perditionis, quando timere incipis ieiunium, diſciplinam, orationem, quando veteris egeſtatem, neceſſariorum inopiam, dedecus & ignominiam. Elegianter expendit D. Cyrill. Alex. quòd ordinatè Deus præceperit, vt tempore conſcribendi milites ad bellum, & exercitu procedente præconis voce proclamaretur: *Qui formidoloſus eſt & timidus reuertatur.* Miles non es congruus ad inuadendum cœlum, non aptus es prælio ſpirituali, ſi timori locum ceſſeris: tu qui formidas ſi porrexero eleemoſynam, penuriam patiar, ſi aliena reſtituero, ad extremam redigar paupertatem, ſi corpus caſtigauero ſalutis damnum incurram: ſi iniurias remitto, quid de me ſpargetur? ſi ſuſtinuero, honoris iacturam ſubibo, ſi me ſubduxero roſarium lecturus, tempus negotijs meis deficiet neceſſarium: ſi tali puellæ ſeno non adhæſerim, fame enectus interibo. Timor eſt quo quis ſuperatur, & ad caſum proximè diſponitur. Inopiæ timor offendiculum eſt puellæ, paupertatis mercatori fœneratori, honorem perdendi vindicta flagranti, contemptus ambitioſo. Idcirco vult Deus milites nulla formidine meticuloſos *Nolite timere eos, qui occidunt corpus.* Mortem degluti, animumque gere adeò confortatum, quo te credis ex nunc crucifixum. *Qui vult venire poſt me, tollat crucem ſuam.* Mat. 10. 28. Mat. 16. 24.

Deut. 20. 1.

Expendamus cum D. Hieronymo pectoris robur inuictum trium SS. illorum adoleſcentum comitum Danielis. Erexit ſuperbiæ monſtrum illud Nabuchodonoſor ſuiipſius ſtatuam, in qua voluit vt Deus adorari. Vah quanta mentis inopia! cum in ſeipſo non poſſit ſuo iudicio vt Deus adorari ob imperfectiones & infirmitates quas in ſe notabat luce clariores; iudiret ſtatuam ſuam ipſo multò inferiorem eſſe adorandam. Omnibus regni ſui ſubditis imperat eius adorationem & eam quidem ſub pœna capitis, & iniectionis in fornacem ignis ardentiſſimam. Sidrach, Miſach, & Abdenago huic non conſenſerunt tanto ſacrilegio, quos coram ſe præcipit adduci, quibus ille: Verúne ſunt, quæ de vobis ad me deferuntur, nolle vos ſtatuam meam adorare? An ergo non ſatis eſt illam à me conſtitutam, vt eam adoretis? *Verè ne Sidrach, Miſach, & Abdenago Deos meos non colitis, & ſtatuam auream quam erexi non adoratis?* En quale capitis delictum. Imò idcirco, quia ipſe eam erexerat, liquidum erat, quòd nec Deus eſſet, nec eſſe poſſet, nec vt talis deberet adorari; non enim grauior eſſe poteſt amentia, quàm credere, quòd homo pro libitu ſuo poſſit creare Deos. Hoc itaque decretum ſtat irrefragabile, aut ſtatuam meam adorabitis, aut in fornacem ignis ardentis conijciemini comburendi. Non eſt quod noſtrum diutiùs ſuſpendamus ô Rex reſponſum: hoc namque tibi vt verum aſſerimus, Deum noſtrum tantâ pollere potentia, vt ſi velit, nos poſſit ab igne illo liberare: verùm ſi noluerit noſque comburi patiatur: hoc noſtræ vel maximæ deputabimus gloriæ, ſi ne illum offendamus, igne conſumamur. *Non oportet nos de hac re reſpondere tibi: Ecce enim Deus noſter, quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô Rex, liberare. Quod ſi noluerit, notum ſit tibi Rex, quia Deos tuos non colimus, & ſtatuam auream quam erexiſti, non adoramus.* Dan. 3. 15.

In c. 3. Da.

II. Fortitudo adoleſcentum in Babylone.

Aduerte cum D. Hiero. quàm validum iſtiꝰ pectoris & intrepidū animi robur, vt ex eo ipſo, quo Rex eorum conatur vires eneruare, mentemque



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

temque terrere, materiam ſumant fortitudinis, qua tanto ſtent firmiores. *Vnde ſe putabat Rex terrere pueros, inde cernis in eis materiam fortitudinis.* Animos admirare planè ſolidiſſimos. Non aliud à nobis Rex tibi ſperandum eſt reſpõſum, quando à nobis expoſtulas, vt aliquid agamus Deo noſtro iniurioſum: potes etenim illud receptum habere planumque eſt & certum quod daturi ſumus. *Non oportet nos de hac reſpondere tibi.* Hoc animo decretum ſtat immobile quod offenſam Dei quocumque caſu non ſimus commiſſuri: quod ſi nobis caminum hunc proponas & mineris terribilem: nouimus nos ab eo per ipſum poſſe liberari: eſt enim omnipotẽs, & manibus viget multò quàm tuæ ſint efficacioribus: & ſi hoc nõ expedire iudicauerit; hoc decus noſtrum, hæcque noſtra gloria mortem nos pro eo oppetere in camino conſumptos. *Quod ſi noluerit notum ſit tibi, Rex, quia Deos tuos non colimus, & ſtatuam auream quam erexiſti, non adoramus.*

III. Hæc quoque noſtra ſit oporteт. Hæc tua ſit oporteret fortitudo, hæc animi tui conſtantia: quando te conuenit aliquis, ô puella egeſtate confecta, tuamque ſtudet euertere pudicitiam, tibi dicendo, quòd ſi non admiſeris quòd tibi munus offert, fame interibis. Non oportet nos de hoc agere; eſt enim offenſa Dei: noui quòd mihi poſſit auxiliari ac ſubuenire; quod ſi noluerit: hoc mihi nomen comparabit, hoc gloriam, ſi in eius obſequium fame interëam. Hoc ſatanæ reſpondendum tibi eſſet, qui prole multa grauaris & arcta ingemiſcis paupertate, ſi tibi vt medium proponat furtum, vel contractum iniuſtum: Tolle metum aduerſitatum, imò & ipſius mortis: ſi namque timore percelleris, iacta eſt alea cito prolaberis.

O ſtrenuum militem Paulum, quàm feruens quàm eſt per charitatem animoſus? Illi propriè

1. Ioan. 4. 18. conuenit timorem excubare: *Perfecta charitas foras mittit timorem.* Poſtquam D. Paulus timoris amiſit timorem, & metus metum paupertatis, famis, perſecutionis, infirmitatis & mortis: ecce quàm generoſus deſcendat in arenam totum prouocans vniuerſum, imò & ipſam mortem: quandoquidem quidquid illi inferre poſſunt hæc omnia contraria, eò vſque pertingere non poſſint, nec id efficere, vt me (inquit) à Deo ſeparent, in quo veræ meæ conſiſtunt diuitiæ, ſatietas, gaudium, voluptas quies & vita. Au-

Rom. 8. 35 38. diamus eius animum: *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an fames, an nuditas? an periculum? an gladius? Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei.* O Petre chariſſime, cum iam timor in tuo corde vexillum ſuum erexerit, iam turrim animæ tuæ primariam occupârit, cito ſuperaberis. Nunc ne mortem timuiſti? Corrues, conferendus Aaroni primo ſummo Pontifici veteris Eccleſiæ, qui populum certe ſeditione commotum & flagitantem vt Deos illi faceret recentes, metu proſternitur, cuiuſque animam timor poſſidet, quo factum eſt vt tam lamentabili ſacrilegus caſu corruerit, dum illi nempe poſtulationi conſenſit, vitulumque conflauit, atque vt Deum expoſuit adorandum. Timor illum deiecit, teque ſimiliter deiiciet.

§. 14 Stabat Petrus foris, &c. & dixit alius diſcipulus ancillæ oſtiariæ & introduxit Petrum. *Secundò declarant Euangeliſtæ lapſum Petri trina negatione in palatio contigiſſe Caiphæ, loco propero ad negandam veritatem.*

CAptum Dominum noſtrum ducunt ad domum Annæ ſoceri Summi Pontificis Cayphæ; non detinuerunt illum in illa, & idcirco quia nihil ibidem contigit particulare, tres Euangeliſtæ ſtationis huius nullam faciunt mentionem, ſolummodo dicunt quod captus Dominus in horto tractus fuerit ad domum Cayphæ, *Petrus autem ſecutus eſt eum vſque intro in atrium Summi Pontificis.* Verumtamen cum D. Ioan. poſterior illis ſcripſerit quædã particularia ſubiunxit ab aliis omiſſa: unum hoc inter alia, quod *adduxerunt eum ad Annam primum.* Hæc prima fuit ſtatio, fuitque eius cauſa, quod gratulari voluerunt Annæ utpote ſocero Summi Pontificis, hanc etenim cognationem indicat cauſalis illa coniunctio, quam apponit D. Ioan. *Erat enim ſocer Caiphæ qui erat Pontifex anni illius.* Erat Annas ætate annoſque grauis, at ſceleribus multò grauior, cui optimè quadrabant verba quæ dixit Daniel vates alter: *Inueterate dierum malorum*: & quia nox erat frigida & frigida, non acceſſit ille domum generi ſui Summi Pontificis Caiphæ, vbi, teſtibus Euangeliſtis, omnes conuenerant Sacerdotes in pleno conſiſtorio Chriſtum expectantes eò vinctum adducendum. Hoc ita agit, ſecundum quorumdam SS. conſiderationem, quod etiam D. Ioann. indicat, quòd *miſerit eum ligatum ad Caipham,*

Caipham, hoc eſt nouos illi funes iniecerit, vel præceperit vt fortiùs illi ſtringerentur quibus Dominus vinctus aduenerat ex timore quodam mortali, quô torquebatur, ne forte eorum manibus elaberetur; & ſic reuinctum miſit ad generum ſuum Caipham, vbi omnes Sacerdotes conuenerant. Quocirca licet D. Ioan. ſtatim poſtquam dixerat, quòd Chriſtum duxerint ad domum Annæ, negationem referat D. Petri, atque interrogationem à Pontifice Chriſto propoſitam de diſcipulis ſuis & doctrina, & alapa illi à miniſtris inflicta & poſtmodū addat *Et miſit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem*: non tamen intelligendum eſt, vt nonnulli credunt, hoc in domo Annæ contigiſſe, quodque poſtmodum illum Annas ligatum miſerit ad Caipham, ſed quod D. Ioan. anticipauerit Petri negationem & inflictionem alapæ, & præpoſuerit miſſioni Saluatoris ab Anna ad Caipham, iuxta ſacrorum ſcriptorum conſuetudinem, vel dicere vult: *Miſerat eum Annas ligatum ad Caipham*: atque ex vi originalis textus Græci ſuſtinet Toletus ſic intelligendum. Et ſatis apertè liquet in aliis Euangeliſtis, qui omnes negationes Petri factas narrant in domo Caiphæ. Et ipſe D. Ioan. ſatis hoc clarè meô indiciô deſignat: quandoquidem licet deſcribat ingreſſum Domini in ædes Annæ, omnes tamen hos euentus narrat contigiſſe in domo ſummi Pontificis: atque illum fuiſſe qui Chriſtum interrogauit de diſcipulis ſuis & doctrina: quodque ibidem miniſter ex aſſiſtentibus Chriſto colaphum impegerit, & in illa domo erat puella oſtiaria, quæ ad inſtantiam alterius diſcipuli noti Pontifici, ingreſſum Petri conceſſit: & certum habemus, quod D. Ioan. non vocet Pontificem niſi Caipham, qui illo anno Pontifex præſidebat vt ipſe Ioan. hoc annotauit. Ita ſentit D. Cyril. *a* Alexandrinus & prior illo Origenes, *b* ac perpetuò D. Ambroſ. *c* qui ſemper ancillam oſtiariam ſtatuit in domo Caiphæ Pontificis, ad cuius interrogationem primò Petrus Chriſtum abnegauit. Pateat igitur primam negationem in domo Annæ non accidiſſe: quia duo Euangeliſtæ D. Marcus & D. Lucas Annæ nequaquam meminerunt, nec domum eius aut perſonam nominant, ſed tres negationes in domo Pontificis Caiphæ contigiſſe commemorant. De hoc diſputat eleganter doctiſſ. Card. Tolet. *d.*

Hoc igitur modo caſus ille contigit vt idem D. Ioan. refert; etenim Apoſtoli vt Chriſtum viderunt comprehenſum omnes fugerunt: quamuis D. Petrus & alius diſcipulus ſolum de præſentia fugerint miniſtrorum, qui Chriſtum comprehenderant, quem cum viderent vinctum duci in Ieruſalem, pone veſtigiis eius inhærentes ſecuti ſunt eum. *Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus, & alius diſcipulus.* Quis fuerit ille alius diſcipulus, non exprimit D. Ioan. Ceterum ex modo quo ſeipſum indicat, credunt SS PP. ipſum fuiſſe, quia communiter loquendo de ſe & aliis, nominans alios, ſeipſum hac phraſi indicat. *Alius diſcipulus*, vel *diſcipulus ille*. Locutus de Magdalena quando læta nuntiauit Dominicæ reſurrectionis, ſic ait: *Venit ad Simonem Petrum & ad alium diſcipulum, &c. Exiit ergo Petrus, & ille alius diſcipulus.* Ita confirmant illud D. Cyril. *a* Alexand. D. Hieron. *b* D. Thom. & *c* D. Chryſoſt. *d* notantes humilem in D. Ioan. modeſtiam, quâ nunquam proprio ſe nomine compellat, quando ſcribit de ſe præclara, laudemque propriam imo potiùs illam excuſat, ſicut in hac occaſione, qua poterat animum ſuum roburque iactare, quòd aliis fugientibus, ipſe ſtatim Chriſtum fuerit inſecutus, omni reiecto timore conſtans inter ipſos qui ceperant illum, & inter eos qui in domo Pontificis erant: nec illum infidelis deſeruerit vſque ad crucem: & ne fortitudini ſuæ adſcriberetur Chriſti ſequela intrando cum ipſo in domum Pontificis, expoſuit, inquit D. Chryſoſt. hoc eueniſſe quod ibidem eſſet familiaris: *Cauſam ingreſſus exprimit, quod eſſet notus Pontifici, ne eius fortitudini adſcriberetur.*

Ex hac notitia cum Pontifice, inquit D. Hieron. infert D. Ioan. fuiſſe nobilem & progenie præclarum *Propter generis nobilitatem erat notus Pontifici, & Iudæorum inſidias non timebat.* Nicephorus Caliſtus *a* opinatur cauſam fuiſſe quod hereditatem quandam Pontifici vendidiſſet. D. *b* Thom. arbitratur ex quibuſdam obſequiis à parentibus ſuis præſtitis vel ipſo, vel aliquo amico ſuo ſummo Pontifici, & videtur ratio conuenientior, ſicut hic aliqui piſcatores noti ſunt principibus ex particularibus quibuſdam obſequiis. Idem ex opinione D. Chryſoſt. indicauit Ancilla oſtiaria, quando introeunti Petro dixit: *Nunquid & tu, ex diſcipulis es hominis iſtius* q.d. Ioan. iam ego cognoſco & hic cognitus in domo eſt, nouique eum eſſe hominis huius diſcipulum. An tu ſimiliter qui cum illo venis & quem à me poſtulat vt intromittam. D. Auguſt. non omnino reiicit, immo dixit ex modo loquendi D. Ioan. poſſe præſumi quod ipſe ſit ille alius diſcipulus: porro eo quod aliàs, quando ſe vocat diſcipulum, addat: Quem diligebat Dominus, quod hic non ſubiungit, non temerè huic eſt nobis (inquit) annuendum, *Quiſnam fuerit*

Marginal notes (left): I. Petrus in domo Annæ Chriſtū non negauit. — Ioan. 18. Ioan. 18. notat. — a L. 11. in Ioan. c. 48. — b L. 10. in c. 22. Luc. — c L. 10. in c. 22. Luc. — d In c. 18. Ioan.

Marginal notes (right): net. 11. — 35 — II. Quis fuerit ille alius diſcipulus. — a L. 11. in Ioan. — b Epiſt. 16. ad Princ. — c In c. 18. Ioan. — d Ho. 82. in Ioan. — Chryſ. loc. cit. Tom. 3. — Epiſt. cit. — III. Vnde notus D. Ioan. Pontifici. — a L. 1. c. 28. & l. 2. c. 4. — b In c. 18. Ioan.

D. Avg. tract. 113. in Ioan. to. 9. *iſte diſcipulos non temerè affirmandum eſt, quia tacetur. Solet autem ſe idem Ioan. ita ſignificare & addere quem diligebat Ieſus. Fortaſſis ergo & hic ipſe eſt.* Nonnullis arduum eſt credere, fuiſſe D. Ioan. quia fidem ſuperat quòd in eius præſentia ipſoque ſpectante Chriſtum Petrus eiuraret, ita vt videretur quòd illi ſocius non adhæreret, niſi vt teſtis eſſet Petri negationis: & eodem modo quis non facilè crediderit, quòd tunc D. Ioann. eum non cohibuiſſet & corripuiſſet cernens illum in præceps corruentem, vel ſaltem non ſtatim de domo illa maiori foras diligentia produceret, quàm in illam introduxerat.

IV. Quomodo D. Ioan. hic tacuerit. Ceterum abſit à me vt SS. Patribus contradicam, imò potius me illis conformans & ſubſcribens dico: hæc omnia ſingulari diſpoſitione diuinæ contigiſſe prouidentiæ: quatenus ex præſentia D. Ioan. euidentiùs conſtaret & confirmaretur Petri negantis infirmitas nec non quanta fuerit eius turbatio & timor quàm horrendus quem ex voce puellæ concepit, & quàm debilis eius lapſus: deinde quòd D. Ioan. ab illo corripiendo ſe cohiberet eò quòd videret iam tempus non eſſe corripiendi, nec loquendi, ſed tacendi opportunum, quale dixit Amos Propheta.

Amos 5. 13. *Qui prudens eſt, in illo tempore tacebit: quoniam tempus eſt*: vel verè dixerim in tali caſu ita fuiſſe perculſum & timore proſtratum, vt animus illi non fuerit, quo vel verbum effaretur.

Sequebantur ergo Dominum bini illi diſcipuli Petrus & Ioan. licet à longè. Adducentibus miniſtris Chriſtum vinctum in domum Annæ, cum illis non intrârunt, quia à longè veniebant, & ſicut in illa Dominum diu non detinuerunt, quando produxerunt illum trahendum ad domum Caiphæ, iam illi acceſſerant & ita propinquè Domino aderant vt dicat D. Ioan. quod intrante Domino domum Pontificis, ipſe pariter fuerit introgreſſus. *Introiuit cum Ieſu*

Idem ct. *atrium Pontificis*: tunc timuit D. Petrus, & non auſus intrare, *ſtabat ad oſtium foris.* Hic incœperunt (inquit D. Chryſoſt.) in pectore D. Petri decertare amor & timor: amor qui Petrum couſque adduxerat in ſequela ſui præceptoris, ita tenebat quaſi ligatum ad oſtium, vt ab eo non poſſet diuelli. Timor autem illum detinebat ne vrgeret fortiùs ingreſſum, vt ne quidem auderet loqui, poſtulans intromitti, periculum ſibi proponens perſonæ ſuæ, vitæque præſentiſſimum. Euicit timor; ſi namque amor eum ad portam vſque deduxit, timor eum in illa & quidem ſtantem remorabatur. *Stabat foris*, paratus vt fugam iniret, ſi forſitan ſibi damnum aliquod cerneret imminere. Ad oſtium aderat puella agens oſtiariam, quod illi populo frequens erat, & patet ex l. 2. Regum, cum enim Isboſeth filius eſſet Principis Ionathæ, & ipſe princeps, ancillam domus ſuæ alebat oſtiariam mulierem ordinariam.

D. Ioan. introgreſſus cum Domino, videns que Petrum manſiſſe foris, ex notitia quam habebat in Palatio, puellam rogauit oſtiariam vt intromitteret Petrum, & per hoc intrauit. O beate Ioan. ſanctiſſime, num tibi perſuades magno te vetulum illum optimum affeciſſe beneficio, dum ingreſſum in Palatium illi procuraſti? An ignorabas Petrum hominem eſſe ſimplicem, ſincerum, veracem, omnis doli fraudiſque expertem: Palatium autem locum eſſe, in quem introgreſſus primò amittere debet & omittere ſimplicitatem & ſinceritatem, & veritatis negotium ad oſtium foris relinquere? Etenim qui Palatiis immorantur, neceſſe eſt vt mendaciis, adulationibus, vulpinis fraudibus & duplicibus agat intentionibus? An tibi non occurrit Amos Propheta cum enim die quodam aulam intraret Regis Ieroboam Dei nomine veritatem prædicaturus abſconditam, vt eius non ferendas comprimeret iniquitates, illico ad portam offendit miniſtrum principalem Amaſiam, à quo hæc audit. O vates, domus hæc palatium eſt Regis, an huc accedis de veritate locuturus? Igitur vel non ingrediaris, vel illam relinque foris: ſunt enim palatia domus ita veritatis inimicæ, vt quicumque illam profert, ingreſſum ſibi in illa eſſe ſciat interdictum. *Qui vides, gradere, fuge in terram Iuda & prophetabis ibi & in Bethel non adiicies vltra: vt Prophetes: quia ſanctificatio Regis eſt, & domus regni.*

An te fugit ô Ioannes, quòd quia Ioan. alter vera Prophetare voluerit in palatio Herodis, caput amiſerit? Non enim cognoſcitur veritas in palatijs, niſi vt inimica: quocirca quicumque volunt illa ſectari, neceſſe eſt vt illam primò de ore ſuo profugam exterminent. Quadringenti illi, quibus liber acceſſus erat ad Palatium Regis Achab, omnes deceptores erant & adulatores, de quorum ore diabolus veritatem procul eliminârat, & eorum linguæ mendacium impoſuerat, quo miſero illi Regi palpum obtrudebant, & fraudibus eum innectebant, quos ſolos ipſe audiebat, fueruntque illi cauſa perditionis. Præmiſſis multis interrogationibus à Pilato Chriſto propoſitis ad vnam ſic reſpondit: *Ego in hoc natus ſum, & ad hoc ve-*

*ni in mundum, vt teſtimonium perhibeam verita-ti, &c.* Statim quærit Pilatus. *Quid eſt veritas?* Et nullo expectato reſponſo terga vertit Saluatori, prodîtque foras continuò Iudæis locuturus. *Et cum hoc dixiſſet exiuit iterum ad Iudæos, &c.* Reuerberata facie protinus reſiliuit; & reſponſum non ſuſtinens, *reuerſus eſt ad Iudæos, &c.* Ita D. Bernardus Quandoquidem interrogaſti cur reſponſum non attendiſti, ſaltem ex vrbanitate: cum enim tibi diceret ſe veniſſe vt veritatem manifeſtaret, & hanc ab illo quæſiturus quidoam eſſet, indubiè hanc tibi reuelaſſet? Igitur cùm in palatio veritatem nomines, non patiuntur nec ſuſtinent in palatio veritatem.

Moyſes & Aaron accedunt Pharaônem in Dei nomine, quatenus populum libertati reſtituat, aiuntque illi: attende tibi, fac quod Deus imperat, alioquin te puniet & præcedentibus plagis adiunget locuſtas, quæ meſſem deuorent camporum, & omnia corrodant. Non audit illos Pharao contumax. Egrediuntur Moyſes & Aaron, & flagellum incipit ſæuire locuſtarum. Accurrunt principes: heu Domine mi: *Nonne vides quod perierit Aegyptus?* Conſiderat & expauit Pharao ruinam vocatque citiùs Moyſen & Aaron, quibus reuerſis ſic ipſe: Perplacet, *Ite, ſacrificate Domino Deo veſtro* & hoc ſcitore me populum manumittere quo poſſit, ſi velit de Ægypto diſcedere. Porro *quinam ituri ſunt?* reſpondet illi Moyſes Omnes viri, mulieres, filij, filiæ, greges, armenta & quidquid poſſidemus. Hoc nequaquam fiet, inquit Pharao: ite vos, non filij veſtri, hos etenim volo in Ægypto remanere. Hoc numquam fiet, reſpondet Moyſes: iubet etenim Deus vt omnes proficiſcantur. Excandeſcit illico Rex in Moyſen & Aaron. *Statimque eiecti ſunt de conſpectu Pharaonis.* Procul hinc vos, an ergo Regis vos opponetis decretis, eiuſque ſic reſpondebitis refractarij voluntati?

Illud, *Eiecti*, ſignificet expulſos eos fuiſſe verbis oneratos contumelioſis, vt viderunt Aulici Regem offendi: quia illi diuinum exponebant mandatum: nam Palatini illud non ſiſtinent; & quia illud reuelabant, affectos contumelijs exturbârunt. Quotquot palatia frequentant, tantum abſunt ab eius cognitione, vt eius etiam nomen ignorent, eſtque illis adeò noua veritas vt etiam ipſi de illa ſciſcitantes, terga vertant, ſi nouerint vel ſuſpicentur eam ſibi à te reuelandam. Refert modernus auctor Regem Antiochum dixiſſe quod quanto tempora purpura veſtitus fuiſſet, non meminiſſet vel vnicam ſibi dictam fuiſſe veritatem Et refert Seneca ex mille millibus militum, quos Artaxerxes trahebat in campum, vnicum tantum eum inueniſſe, qui proponeret ſibi veritatem. Caſus ſimilis Achab eiuſque Palatio. Regi Crœſo ſolus Solon præſumpſit hanc dicere, cuius & meminit, quando Darij præcepto traditus eſt ignibus exurendus, vt alio loco diximus: Qui Regum cingunt latus, inquit D. Gregor. Nazianz. Similes ſunt magis Ægypti qui Pharaônem circumuallabant, & fictis ſuis prodigijs cor eius leniebant, imo & obdurabant homines quo D. Paulus arguit ſuperbos & ambitioſos, *qui reſiſtunt veritati.*

Rep. & Ipolyti Christiana c. 19. §. 1.

VII. Exempla Supra ſer. 4. de omibus Chriſti n. 13.

Si palatium domus ſit in quam non intrat veritas, quid miramur, inquit D. Ambroſ. quod ibi Petro deficiat, eamque abnege. *Vbi negat Petrus? Non in monte, non in templo, non in ſua domo, ſed in domo Principis Sacerdotum: ibi negat, ubi veritas non eſt, ibi negat vbi Chriſtus ligatus eſt.* Si Chriſti illud ingrediatur qui eſt ipſa veritas, non illum offendes immunem, ſed vinctum & religatum. O Ioan. ſanctiſſime, tune Petrum in palatium introducis? Illuc videbis quam terga vertat timidus veritati, eamque neget impudenter. An tecum benè credis actum paupercule, qui filiam tuam ſimplici ſinceritate educaſti, quod illam in palatio tali Dominæ vel principiſſæ tradideris erudiendam, vel in famulam: quodque filium tuum in eo collocaueris vt pediſſequum, vel nobilem honorarium; quando iam cœpit mundum agnoſcere: hoc tibi confirmo quòd feſtinè videbis huius perditam ſimplicitatem, & illius periiſſe ſinceritatem & veritatem, & ambos ipſis columbis vulpibuſque eſſe fraudibus aſtutiores.

D. Ambr. in c. 22. Luc. ap de negatione Petri Ta. 3.

Prudens fuit & admirabilis illius præuentio, cui, tantopere nota erant palatij pericula, Ioſeph ſcilicet Patriarchæ. Deſcendunt in Ægyptum pater eius & fratres; obuius illis egreditur & prouidus monet aduenientes: Attendite, præcedam, moneboque Regem, aduentum veſtrum illi ſignificans. Ipſe vos aduocabit viſurus quinam ſitis: hoc ſcitote quando à vobis percunctabitur. *Quod eſt opus veſtrum?* Reſpondebitis. *Viri paſtores ſumus ſerui tui ab infantia noſtra vſque in præſens, & nos & patres noſtri.* Et confeſtim Regem accedit Patris ſui & fratrum aduentum in Ægyptum nunciaturus: & quinque elegit fratres ſuos quos iudicabat rudiores & inurbaniores: nam illud

VIII. Prudens Ioſeph conſilium

Gen. 47. 2.

illud opinatur noſter Oleaſter, Pererius & Hebræi, nec diſplicet Lipomanno illis verbis declarari. *Extremos quoque fratrum ſuorum quinque viros conſtituit coram Rege.* Quos ipſe Rex interrogat. *Quid habetis operis? Reſponderunt. Paſtores ouium ſumus ſerui tui, & nos & patres noſtri, ad peregrinandum in terra tua venimus, quoniam non eſt herba gregibus ſeruorum tuorum.* Quæ eſt iſta ô Ioſeph præcautio? Tune ille qui optimè moribus inſtructus & vrbanitate quam Regi ſeruare teneris, qui tanto te honore cumulauit? Fratrum meorum vtilitati prouidus conſului. Sibi Ioſeph perſuadebat, quòd Rex viſis illis, credens ſe Ioſeph præſtiturum beneficium, decerneret vt manerent in Palatio & opinatus fratres Ioſeph præclaris pollere conditionibus, vellet illos officiis aulæ occupare primariis, vnde voluit hoc præuenire, vtque Rex non ignoraret ſtatum eorum & conditiones talibus minimè conuenientes: eo fine Regi intimetur viros illos eſſe ſimplices ab infantia, ruri educatos, patreſque eorum illis eſſe ſimiles, quatenus fratres mei aulæ eiuſque negotiis inhabiles eſſe videantur. Patet autem huius prudentia conſilij: quia namque dixerunt ſe pauperes eſſe præcepit Rex, vt eorum nonnulli in præfectos pecorum ſuorum aſſumerentur, idcirco ait ad Ioſeph. *Quod ſi noſti in eis eſſe viros induſtrios, conſtitue eos magiſtros pecorum meorum.* Quid egiſſet ſi comicos illos, vrbanos & ingenio præſtantes obtuliſſet: indubitáter officiis illos deſtinaſſet aulæ dignioribus: quia vero timebat ne his diſtenti iacturam ſubirent ſimplicitatis, quam cum lacte ſuxerant, vt huic malo prudenter obuiaret, totam hanc compoſuit ipſe præuentionem. Etenim extra dubium eſt tantam in Palatiis feruere malitiam: vt meritò præſumi poſſit virtutem eius qui illa frequentat pati naufragium. An ergo ô optime Ioan. ſimplicem hunc bonumque ſenem in palatium introducis? Illum habe vt amodo perditum. An non Dei Apoſtole, Petrum cernis metu & pudore perculſum? An te fugit commune prouerbium, quod virum timidum & pudibundum propria traxit calamitas in palatium? Vt enim quis in eo ſorte gaudeat beatiori, primò omnis pudoris & timoris pati debet iacturam ſub titulo diligentiæ, comitatis, ſedulitatis; & vacare temeritati, audacia multis ſe immiſcere cunctaque grauiter velle expedire.

D.Aug. tract. 1. in Ioan.

## §. 15. Dixit Petro ancilla oſtiaria, &c. *Prima negatio fuit in ipſo ingreſſu ad ſimplex ancillæ verbum. Time tu tentationem, quamuis leuis videatur.*

IAm opinatur Petrus totum mundum turmatim in ſe irruere & nimio timore correptus tremulus reſpondet. *Non ſum.* Heu infirmitas, heu puſillanimitas exclamat D. Auguſt. cum enim columna ſis firmiſſima, te tamen flatus ancillæ proſternit. *Ecce columna firmiſſima ad vnius auræ impulſum tota contremuit. Vbi illa præſumentis audacia? Vbi ſunt verba illa: Quare non poſſum te ſequi modo? Animam meam pro te ponam. Haccine eſt ſequi magiſtrum, ſe negare diſcipulum? Siccine pro Domino anima ponitur, vt ne hoc fiat, vox ancillæ formidetur?* Quid ais Petre? Inquit D. Chryſoſt. Nonne tu ille qui paulò ante dixiſti & ſpopondiſti, quod quamuis te traderent carceribus, gehennæ ſubiicerent, morteque afficerent, abſit quod illum negares, ſed nequidem deſereres comes indiuiduus? Nondum tibi crux opponitur, non vincula proponuntur, non tormenta: gladium non cernis euaginatum, nec pectori tuo pugio infigitur. Miles non eſt armatus, non effrons qui te interrogat, ſed puella vilis, infirma & omnium quas mundus habet, abiectiſſima. Circumſtantia hæc eſt quam notante D. Gregor. expendere voluit Euangeliſta, propria puellæ deſignans epitheta: *Ancilla oſtiaria.* Verba profero D. Greg. *Non pœnis, non afflictionibus, non terribili poteſtate cuiuſquam, ſed vnius mancipij ſola interrogatione proſtratus. Et quidem mancipium, ne ſexus firmior terribilis demonſtraret ancilla eſt inquirente tentatus. Rurſuſque vt talis ſexus infirmitas, etiam officij deiectione vileſceret, non ab ancillæ requiſitus. Ecce quàm vilis ad tentandum eſt perſona requiſita vt aperte probaretur, quanta cum timoris infirmitas poſſideret, qui nec ante vocem ancillæ oſtiariæ ſubſiſteret.*

Non fuit tentator principis alicuius filius, ſed famulus, & ne quidem famulus, ſed muliercula, & non de primariis domus, ſed vilis oſtiaria ne à te percuſſatur animo feruens, inquit D. Chryſoſt. ſed cum manſuetudine benignior & oſtendens exteriùs quamdam cum Chriſto compaſſionem: etenim idcirco nō à te requiſiuit, verum diſcipulus eſſes traditoris illius & impoſtoris nec vſus eſt illis nominibus, quibus eum mortales illius vocabant inimici furore & odio flagrantes, ſed: *Hominis iſtius.* Miſeri illius hominis,

niſquem tam acerbè torquebant. Loquatur D. Chryſoſt. *Quid dicis Petre: num ille, num aliquis eorum qui Ieſum ceperunt, te rogabat? Vilis erat oſtiaria, & abiecta, neque aſpere percunctata. Non dixit: Deceptoris & perditi illius diſcipulus es, ſed hominis illius, tanquam eius miſereretur.* Huic ſuccedit D. Aug. *Quid agis O Petre: Quid loqueris? Nonne hic eſt vocem quod etiam omnibus negantibus, te vſque ad mortem perſeuerare iuraueras? Nondum ſidem tuam aliquis tentauit atque diſcuſſit, nondum te ob Christi negationem aduerſarius traxit ad publicum, nondum es apud Reges & Præſides proper nomen eius exhibitus, non tibi ſlagella, nondum ſunt admota tormenta. Quis porro eſt qui te interrogat, quod tam cito negaſti? Non eſt ſeruus, non liber, non Phariſæus, non Scriba, non Sacerdos, non miles, non Centurio, non Speculator: nullus poſtremo eſt eorum qui authoritate ſua poſſet formidinem iniicere confitenti. Mulier te ſimplici voce interrogat. & fortaſſe nec proditura confeſſum: nec vero tantum mulier, ſed puella, & non ſolū puella, ſed & oſtiaria, vilis procul dubio abiectaq; mancipium.*

II. Vlterius notat D. Chryſ. aliud ſublime myſterium, quod tali modo ancilla Petrum interrogauit, vt ſui interrogatione hortari poſſet animumque Petro miniſtrare. Quid illi dicit? *Numquid & tu* &c. Nota coniunctionem, q.d. Ioannem iam hic nouimus hominis iſtius diſcipulum, numquid forſitan & tu illius es diſcipulus? O quale verbum ad omnem illi metum eripiendum: ecce Ioannes tibi ad latus diſcipulus iſtius hominis & cognitus vt talis, ingreditur hoc palatium omni poſtpoſito timore: ſi tu quoque ſis, non eſt quod timeas, nec cur te abſcondas, ſicut nec Ioannes ſe abſcondit, & nihilominus negat Petrus. Stupete myſteriū. Tuum Petre incipe cognoſcere defectum. Dixeras: omnes deficient, ſed non ego: en tibi ad latus adeſt Ioannes & nō deficit, & non timet, & comitatur, & ingreditur cū Chriſto, & prodit foras te quæſiturus, atque ad latus ſecum introducturus: tu verò foris hæſiſti, & nec quidē oſtium pulſare præſumpſiſti, cumque talem habeas ſocium, qualis eſt Ioannes in cuius præſentia ita timore percelleris, vt Chriſtum abneges? Quam admirabundus ſtetit D. Ioannes

III. audiens illud. *Non ſum!* O Petre, quæ tua hæc confuſio, quæ verecundia? Si militem videres inſtar gigantis, qui dicteriis & irritationibus ſi ē... dens in domeſticos ſingulos prouocaret vt foras prodirent, quos omnes vt carnem ſale condiret (a) ex quibus non maiorem partem illæſam relinqueret quam auriculam vnam. Si prodeunte puellā colo armatā arundinea, quæ animoſior illum aggrediatur humeros dimittat, & illa vſa colo latera contundat vt nec pipire audeat, quid illi diceres? O te blateronem vbi nunc tui corporis robur, vbi verborum arrogantia?

Plenis buccis iactauerat miles nomine Gaal 38
non eſſe timendum à facie Abimelech & iactabundus, aiebat ſe ſolum ſufficere qui caput illi confringat, licet omnes animo viribuſq; langueſcerent. A longè cernit Abimelech venientem & ipſe primus timore proſtratus ſe ſubducit fugamque meditatur, cui ſic alter: *Vbi eſt nunc os tuum quo loquebaris. Quis eſt Abimelech* &c. O mortalium arrogantiſſime, vbi modo tuæ prouocationes? Vbi dicteria? Vbi deſpectus aliorū? Cum ad ſolam Abimelech vmbram fugam ineas adeo ignominioſam? Quantum hoc opprobrium gigantis temerario & ſupra modum loquaci Goliath qui minacibus ſuperbiſq; verbis omnes ad vnum irritabat, vt crederet quicumque illum videret, quod ipſe ſolus integrum deglutiret exercitum, aduerſus illum prodit in arenam, non integer exercitus, non multi legionum fortiſſimi, ſed vnicus iſque imberbis adoleſcens rufus, non gladio, non lanceâ, non cultro armatus, ſed vnico lapide, quem fundâ contorquens illi in caput infigit ſolo eum proſternit & ſenſibus proterit enecatque deſtitutum. O Petre ſanctiſſime, ſit venia verbo, quod te militem compellam buccinatorem. Quot promiſſa iuraſti quantas ampullas iactaſti, quam arroganter locutus es, teque ſupra alios tumidus extuliſti: & ecce prodit non exercitus, non duces, non milites robore præſtantes, ſed muliercula ſola colo arundinis inanis linguæ ſuæ, quâ te percutit, tantoque timore percellit vt corruas, Chriſtumque abneges? Vnico lapillo verbi prodit armata, tamque fortiter tibi caput perturbat vt omnis rationis impos in terram proſternaris? Heu quanta confuſio!

Iud. 9. 38

I. Reg. 17.

IV. Petrus magnus buccinator.

Triuialiter nota eſt hiſtoria Ducis Abimelech ex Sacris litteris: cum enim ignem turri ſubycere niteretur, illi mulier, deſuper molæ fragmen iniecit, quo, colliſo cerebro in terram corruit. Tāto duxit hoc ſibi dedecori vt famulo ſuo præcceperit: *Euagina gladium tuum, & percute me, ne forte dicatur, quod à femina interfectus ſum.* Adeſt hic qui moneat te hoc conſiderans D. Ambr. Ne te ſecurum arbitreris, & tentationes ne flocci pendas, illas time quamuis exiguas, illaſq; vita: nam vna adeo leuis & exigua, turbauit & deiecit columnam illam Eccleſiæ fundamentalem: vt enim optimè dixit Salomon: *Qui timet Deū, nihil negligit*, in occaſionibus peccati quamuis

V. Abimelech non paſſus eſt ſe à femina ſuperari.

Iud. 9. 54.

Eccleſ. 7. 19.

V. Similitudo. exiguis. In ciuitate lue contagioſa infecta notaſti ex vno paruo grano, ſeu macula alterum incepiſſe ægrotare qui ſtatim ſe ſenſit febri incaleſcere peſtifera: quàm tibi times dum minimum ſentis dolorem, vel calorem, ſtatim malum ſuſpicaris & omnem moues lapidem, vt tuę quàm primum conſulas incolumitati. Mundus hic vrbs eſt peſte infecta, vbi ex leuibus valde principiis mirātur homines ſe peſte laborare, quæ quantocius animam illis occidit. Ex vnico cōſpectu Dauid, ex contuitu veſtimentorum elegantium Giezi, ex timore Aaron, ex auaritia Saul, ex vnico verbo ancillæ D. Petrus. Quid hic Ambr. *Diſcamus non contemnere carnis infirmitatem: ſi Petrus tentatus eſt, quis aſtruat ſe non poſſe tentari?* Illud tētari, eſt cadere in tentationem. Si Petrus ex tam leui tentatione lapſus eſt, quis non timebit? Deinde addiſce quod ante diximus non nimium admirari aut offendi, ſi quādo in ſeruis Dei peccata notaueris, atque in Religioſis, Sacerdotibus & viris auctoritate & opinione virtutum eminentibus, & hoc tibi perſuade noſtrā longè maiorem eſſe infirmitatem, quàm vos aut ego poſſemus intelligere: & notandū quòd quamuis ſtatua compoſita ſit ex metallis optimis & maximè pretioſis, quibus ſub cælo meliora non inueniantur, luteos tamen habet pedes, atque ſufficere lapillum, ſine manibus gigantum, aut robore legionum, vt in ictu oculi in puluerem redigatur arenæ ſimilem: hoc etenim elegāter notauit amicus

L. 5. Mor. cap. 28. Iob. 4. 18. ille Iob (interprete D. Gregor.) dum ait: *Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles & in Angelis ſuis reperit prauitatem: quantò magis qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum.* De quo alibi egimus.

§. 16. Sedebat Petrus ad prunas. *Negatio ſecunda fuit cum interrogantibus miniſtris inter quos Petrus in atrio ſedebat: indignus tanto Prælato locus.*

☞ 39 INgreditur Petrus atrium palatij ſummi Pontificis Caiphæ: quia verò, frigus erat, miniſtri qui Chriſtum captiuum adduxerant, & manibus tradiderant Principum ac Sacerdotum in Concilio, foris cum eſſent ignem accenderunt in medio atrij, cui circumſtantes omnes in communi ſe calefaciebant. Petrus frigus ſentiens acceſſit, ſeque medium inter illos ſtatuit: *Erat Petrus in medio eorum*, ait D. Lucas & cum illis ſe

Luc. 22. 5. pariter calefaciebat. O Petre, Sacerdos & Epiſcopus tantus quantus tu, numquid illis ſe debebat permiſcere, viliſſimis ſcurris, idem quod illi faciens, vt verè dicatur: *Sicut populus ſic Sacerdos.* O Præſul, qui populo medius aſſides abiecto, idem faciens quod homines animæ ſuæ incurioſi vel viles, & qui nec eam curæ habent, nec Dei meminerunt, viuens vt illi, locutus & conuerſatus cum illis, vt illi ſe calefaciens. An doctrinam illam ignoras, quam ex tua edoctus dixit tuus poſtmodum ſucceſſor D. Gregorius quod diuinā quadam ſapientia Deus Præſuli nomen impoſuerit Paſtoris, ſubditis autem ouium vt oſtendat vitam, actiones, conuerſationem & modum agendi in Prælato ita debere præcellere ſubditorum vitam, ſicut Paſtor oues moribus, vitaque antecedit? Quale ferres de paſtore iudicium, qui vellet comedere, quod oues comedunt, loqui balando vt oues, oculis incedere retortis in terram, vt oues? Numquid non tuus tibi magiſter declarauit. Quid tui ſit officij, quid muneris, illis cognominibus quibus te appellauit, vocans te ſalem terræ, lucem mundi, candelam in candelabro poſitam, ciuitatem in altiſſimo monte conſtitutam? *Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.* Si barbia ſunt ad pedem montis & in valle, ſed ciuitas ſupra montem debet ædificari.

An tibi non occurrit quod contigit in die illo tibi feliciſſimo, quando illuminatus à Patre cæleſti magiſtrum tuum fatebaris filium eſſe Dei naturalem? Hoc ea contigit occaſione qua primò Dominus à te percunctatus eſt: *Quem dicunt homines eſſe filium hominis?* Quem me dicunt eſſe homines? Cumque reſponſum eſſet ab aliis dici Ioannem Baptiſtam, à quibuſdam Eliam, à nonnullis Hieremiam, à te tuiſque condiſcipulis Dominus requiſiuit: *Vos autem quem me eſſe dicitis?* Domine interrogaſti quale de te iudicium ferrent homines, & poſtmodum interrogas, quid de te ſentiant tui diſcipuli? An forte illi homines non ſunt? Quantum ſapio non ſolùm iudicas, eos homines non eſſe, sed quod inſuper ipſis opponantur, aduerbio illo aduerſatiuo: *Autem. Quem dicunt homines &c. Vos autem.* Et ſic eſt, quod loquebatur cum electis et Prælatos, & paſtores hominum, & tales, vt credit D. Hieron. eſſe non debent homines, ſed quid amplius quam homines & Dij. Nomen hominis ſignificat infirmitatem, & communiter eos dicimus homines qui in nonnullas labuntur infirmitates: & excuſatio quam proferimus ad enormes eorum lapſus contegendos, & modos agendi inordinatos, ea eſt: Domine homo eſt; vt quibuſdam ſcripſit Apoſtolus: *Cum ſit inter vos ze-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*lus & contentio, nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis?*

Homines eſſe non debent ſuperiores & Prælati in infirmitatibus & actionibus carnalibus, in conuerſatione vitaque communi: quid amplius quàm homines oportet illos eſſe: nam idcirco, teſte eodem D. Hier. ſuo ipſe Deus ore nomine illos honorauit Deorum, filiorumque Altiſſimi:
Pſ. 81. 6. *Ego dixi: Dij eſtis, & filij Excelſi omnes*: etenim eorum vita, negotia, & conuerſatio habere debent quandam participationem cum modo agendi diuino ceterorum modò ſuperiori, vt opera eorum naturæ eorum excellenti, dignitati ſuperiori, locoque reſpondeant excelſiori. O Principes, ô magnates, o Titulares, ô Iudices, ô ſuperiores, qui vitam ducitis cum reliquis communem, heu quàm peruersè veſtræ reſpondetis obligationi! Operari procedit ex eſſentia, & talia ſunt opera quæ cernimus in rebus, qualis eſt eorum eſſentia. Actiones Angelorum ſuperiores ſunt actionibus hominum: quia & eorum eſt eſſentia ſuperior. Hominum opera præcedunt opera beſtiarum: quia & illorum antecellit eſſentia: Principes, ſint opera veſtra non vilia abiecta, contemptibilia, ſed Principum: cum Dominus vos eſſe Principes indulſerit:
Iſai. 32. 8. *Princeps ea quæ digna ſunt Principe, cogitabit.* Nobiles, ſit veſter agendi modus nequaquam ſordidus, non ſcurrilis, non doloſus, non promiſſis fallax mendacibus: cum vos Deus nobiles effecerit. Iudices ſint veſtræ procedendi Methodi conformes veſtræ ſedis altitudini: cum vos in ea Deus collocauerit, ne puluere lucri, prouentus & paſſionis inquinemini. Sacerdotes, nam vos Deus ad ſtatum erexit ſanctificatum, ſint opera veſtra ſancta & immaculata, vt illi ritè conueniant. Præſules: etenim vos Deus in montem ſuſtulit dignitatis, non ſit vita veſtra talis qualem in hominibus vulgi notamus ordinariis.

¶. 40. III. O Petre ſanctiſſime cum te ſedentem videam inter tales, qui tuæ repugnāt dignitati, & naturæ non conueniunt, iam vates tibi poſſum prædicere, breui idioma tuum loquendique formam illorum futuram non abſimilem, negandi ſcilicet, iurandi & anathematizandi. Frigore nimis alges, & ad lumen accedis? O Petre ſanctiſſime, qui corpori fouendo ſtudes, quod frigore foris premitur, & animæ non curas inſtaurationem, quæ timoris gelu conſtringitur, & in qua calor amoris & charitatis tepeſcit: *Ad carbones ſtabat*
D. Amb. in Luc. 22. *Petrus* (ſic D. Ambroſ.) *qui algebat affectu.* Contemplor te medium inter ignem & timorem: ille tibi corpus calefacit, & hic cor animamque frigore conſtringit: O quàm multò eſt igne timor efficacior! Exclamantem audio D. Chryſ. *Papæ!*
D. Chrysost. Hom. 82. in Ioan. Tom. 3. *quo ſopore calor ille vehemens Petri cōtabuerat capto Ieſu?* *Sedet ad prunas* (miratur D. Bern.) *non minus gelido corde, quàm corpore, frigus, inquit, erat, magnum reuera frigus cor negantis conſtrixerat; nec mirum cum ignis ab eo ablatus eſſet* &c.
D. Bern. Serm. 86. in Cant. ante med. Extinctus erat ignis ardēs charitatis præ frigore timoris: ignis ille, qui etiam feruentes emittebat flammas, quando cum Domino mori ſe paratum addixit: ignis ille ſuccenſus adeo, vt illum in Chriſti captura redderet ita validum & impauidum, vt educto de vagina gladio ſeruo ſummi Pontificis Malcho reſciderit auriculā: Iure merito, Petre, præ frigore contremiſcis, verum non hic illud expellet ignis. Et dicito mihi, Petre ſanctiſſime, qua de cauſa talem frequentaſti ſocietatē? *Si cum peditibus currens laboraſti, quomodo contendere poteris cum equis?* Si robur tibi nō
Hierem. 12. 5. fuerit, quo ad vnicum ancillæ viliſſimæ verbum firmus conſiſteres, quæ te nec capere poterat, nec inſequi, nec ergaſtulo tradere, vt quid te ſtatuis medium: *In medio miniſtrorum*, iuſtitiæ, ſatellitum, & apparitorum, qui adhuc armati adſtant, & inflati ipſa Domini tui captura, vnde tantò tibi maior timendi eſt occaſio? Turbatus erat, & velut hinnulus, cuius oculis leue colaphum infligis, qui ab illo diffugiat, inter venatores ſe ſtatuit qui armati ſunt, & minus effugiens periculū incidit in aliud multò grauius. Nec aliter ſe res habuit, etenim vt opinor, colloquentes illi de præda quam ceperant, & miſeri ſuum ſinguli robur iactantes, nec non qua ratione in turpē coëgiſſent fugam omnes eius diſcipulos, ac tum vnus ex illis Petrum intuitus ſic ait: hic diſcipulus eſt hominis illius: quo mori cuncti illum interrogant. Dicito nobis: an tu forte diſcipulus illius es quem captiuum adduximus? Reſpondet Petrus colore mutato, voce titubante, corde ſubſiliente, dicens: quòd nedum non eſſet, ſed nec cumquis eſſet, probè ſciret: *Non noui hominem.* Et iam in ſecunda negatione addidit iuramentum, vt reſtatur D. Matt. *Iterum negauit cum*
Matt. 26. 2. *iuramento*: nam creſcit culpa & Petrus de vno
In cap. 22. Lucæ. gradu ad alterum præceps ruit in interitum.

IV. Ignis nocet oculis. Non hoc me percellit ô Petre, inquit D. Amb. quòd tali expoſito igni, tibi viſus tantopere caliget: ſi namque communis ignis oculos conſumit hebetatque corporales, hic in tali conſortio, per tales excitatus, vt dicere liceat: *Supercecidit ignis & non viderunt ſolem*, multùm tibi perſtrinxit oculos, cū iam illū non cognoſcas. Quando morbo languidus adeo cæcutit, vt patrē pro-
Pſ. 57. 9.

prium non agnoſcat, nec illum ſibi maximè familiatē graui ſubjacet periculo, mortē habet ſibi vicinam. Nihilominus ita Petrus turbatur, ita obſtupeſcit, vt nec diſcurrat, nec recordetur eius quod paulo ante Magiſtro ſuo promiſerat, nec illi ſtudet ſe periculo eximere, per quod in tantas redigebatur anguſtias, nec animo reuoluit, quòd incipiendo deorſum cadere, manens inter illos, qui nouis illum ſtimulis protruderent, minimè firmus ſiſteret, donec in profundum rueret, ſed inſuper hæret & in eodem loco perſeuerat. Quid hic D. Chryſoſt.? *Neque poſt tot mouetur, ſed adhuc ſe calefacit, vt intelligas, quàm imbecilla ſit humana natura, cum nos Deus deſerit.*

Chrys. Hom. 82. in Ioan. Tom 3.

§. 17. Rurſum qui adſtabant, &c. Interuallo facto quaſi horæ vnius, &c. & vnus ex ſeruis Pontificis: Nonne ego te vidi, &c. *Tertia negatio facta eſt in eodem atrio, tantòque grauior, quia iuramento & anathematiſmis confirmabatur.*

☞ 41 CVm damnum eſſet hoc adeo graue, reique ſucceſſus triſtis ita & pernicioſus, remanet tamen Petrus in eodem loco, cum iiſdem miniſtris, iiſdemque innexus occaſionibus. Intrare voluiſti, Petre, & ingreſſu lapſus es negando. Ingreſſus es & ad ignem inter illos medius adſtitiſti, fuitque caſus tuus enormior, nedum negando, ſed etiam periurando. Cur non ab illo diſcedis feſtinè palatio: cum proprio tuo damno didiceris, quàm infeliciter tibi ſucceſſerit in illo vel tantillo tempore morari? Hic hæres; vates tibi ſum, vlteriùs tua progredietur perditio, in deteriora rues. Muſca quæ cæcutiens accedens ad candelæ flammam ſibi paululum alas excuſſit, ſi continuo illi circumuolitet, certum eſt eam omnino comburendam. Quid aliud ſperandum tibi ganeo luxurioſe, qui ingrediendo & frequentando alterius feminæ domum, corruiſti, oculoſque grauiter offendiſti, cuiq; manſit quo animæ tuæ ruinam defleas, nec non corporis, honoris, opumque naufragium, ſi ſemper ingreſſus in illam cōtinuaueris, nec radicem talis conuerſationis actuſque reſcideris? Quid credere potes pecuniarum ardelio, qui in illo negotio iniuſto lapſus es, & anxium te doluiſti ac ſolicitū quod te Confeſſarius non abſoluerit, quod facere renuerit, niſi primò effectu ipſo reſtituiſſes; ſi iugi cum vſurariis illis & fœneratoribus familiaritate conuerſeris? Aſſurge de loco tibi tantopere nociuo, & manifeſto offendiculo: illo excede cum prodigo illo, tuam ingemiſcens in illo perditionem. Notemus cum D. Cypriano ſalubre illud Spiritus Sancti conſilium: *Recedite, recedite, exite inde*; quod illi alteri concordat: *Fugite de medio Babylonis & ſaluet vnuſquiſque animam ſuam.* Viſne hærere in Babylone teque ſaluare? Cupiſne morari in Sodomis, & nec [illegible] exuri? Liberare te à flammis æternis habitans in Babylonia? Deſideraſne vt anima tua libera ſit à captiuitate Satanæ illis inhærens occaſionibus, per quas tu illam incidiſti, vitam tranſigens in confabulationibus, capturis viſitationibus, & conſuetudine periculoſa? Graue delirium. Si remedium exoptes: *Fugite de medio Babylonis.*

I. Locus peccati deſerendus.

Admiremur argumentum Spiritus Sancti e Salomonis depromptum, in quo docet nos quo ſtudio ac diligentia fugere debeamus à peccato, & quomodo? *Quaſi à facie colubri fuge peccata, & ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipient te. Dentes leonis, dentes eius interficientes animas hominum. Quaſi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ eius non eſt ſanitas.* Fuge à peccato: quia ſi fugias id quod tibi damno eſt, ſalutemque poteſt, & vitam ac facultates tollere, nihil peccato [illegible] cit hoc efficaciùs. *Dentes leonis, dentes eius, interficientes animas hominum.* Qualiter diſcerpit Leo fortiſſimus tenerrimam ouiculam, dum in eam ferocior irruit? Nedum occiſa iacet, ſed inſuper diſcerpta, ſicque confracta, vt illi nec vnum ſuperſit os integrum. O ſcortator impudice qui tibi perſuades quod dum talē puellam ad tuam attraxiſti voluntatem: & tu lucri ſitientiſſime dum tale conſecutus es lucrum iniuſtum, & tu vindictæ flagrantiſſime quando crudelem conſiliſti vindictam; quod, ſanum, bonum & alacrem te gaudeas: caue, & conſidera, quod ſi hoc in corpore ita ſit, peccatum tamen hoc ſuæ malitiæ dentibus occiderit animam tuam, vitam illi adimens gratiæ: & ſi corpus circumferas viuum, animam habes mortuam extra Dei gratiam, & omnino confractam, vt nec minimum poſſit opus efficere coram Deo acceptum vel meritorium.

Eſt, inquit, romphæa bis acuta, & acie limatiſſima: nunc etenim trucidat animam, & poſtmodum corpus, & vtrumque condemnatur vt eſca morti fiat æternæ in ignibus deſolatoriis. Gladius eſt, qui vulnus infligit adeo incurabile, vt tota natura coniuncta, quamuis omnis accedat poteſtas Angelorum & Seraphinorum, illud curare nequeat, ſi Deus ipſe ſuâ omnipoten-

tia,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

III. Simile ... ſerpente ...

ris, & infinita poteſtate manum non adhibeat eius curationi ſubſidiariam: *Quaſi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plaga eius non eſt ſanitas.* O malum ingens! ô damnum irreparabile. Fugigitur (ſic te monet Spiritus S.) peccata. Num poſſibile credidero te fugere à leone, qui ad ſummum tibi vitam auferre poteſt corporalem, & quod te peccato tradas leone multò ferociori, quod tibi vitam deprœdatur æuiternam? Quòd ictum timeas gladij, qui poteſt vulnerare carnem, & te peccati iniicias aciei, quod gladius eſt cor tibi plaga percutiens ab omnibus creaturis incurabili? Quòd flammas exhorreas ignis huius quem vides, & voracibus te tradas tartari flammis, vt in illis tota damnatus ardeas æternitate? Quòd paupertatem fugias temporalem diſcurrens per nundinas, negotia, contractus & mendacia.

*Pauperiem fugiens per ſaxa, per ignes.*

Vt alter cecinit, & te ipſum proprijs promoueas manibus ad æternam rerum omnium indigentiam, eamque tantam vt nec aquæ guttam in æternum ſis adepturus? An tibi ratio? An iudicium? An intellectus? Nec dicit Salomon: *Fuge peccatum*, in ſingulari, ſed: *Fuge peccata*: nam omnia tibi ſunt fugienda: nec enim ſufficit ex vno aſſurgere, alijs ſi pertinax inhæſeris: iam enim ab Apoſtolo decretum audiuimus. *Quicunque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus.*

Iacob. 2. 10.

Et quomodo fugiam ab eis? Sicut à vipera & ſerpente: *Quaſi*, à facie colubri, fuge peccata: nam ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipient te. Qualiter fugis à colubro? Manum inieciſti foramini vbi forte latebat vipera, ſerpens, aut coluber, momordit te: an ibi manum relinquis? O quàm velociter illam inde proripis: ſi namque eam ibidem detinueris, alio rurſus & alio te morſu lancinabit, vt tibi vitam tandem eripiat. Fuge, inquit, ſicut à ſerpente, ſi namque ibi diutius hæſeris *Suſcipient te.* q. d. Interprete moderno quodam Auctore Epiſcopo: *inuoluent* Serpens pungit ouiculam ſibi propiùs accedentem, ſi fugâ ſibi non conſulat, totam ſpiris ſuis inuoluet corpuſque tanta vi circumplectetur ac conſtringet, vt ſiſtat immobilem, vt nec balare poſſit nec effundere querimonias.

Eccli. 21. 2.

IV. Simile in vipera, colubro ...

Iansen. in Eccli.

O quàm aptiùs declaratur illud per hoc quod oculis intuemur quàm per hoc quod verbis valemus explicare! Inchoat alter conuerſationem ſuam lubricam & inhoneſtam, momordit illum propria luxuria talis puellæ domum adeuntem: hic moram trahentem quàm fortiter implicat illum ſerpens hic, vt vires non habeat, quibus ſe liberet, nec animum quo ſuam deploret, miſer calamitatem, tantumque deſerat malum: ait autem: vero verius Domine, vellem, attamen non poſſum: non mihi vires ſuppetunt quibus illam manu mittam, aut à conſpectu eius diuellar. Alius quem auaritia pupugit, & contractum iniit iniuſtum, quàm fortiter ab illa conſtringitur? Vt vires animumque non habere videatur, vt furto ablata reſtituat: cenſet etenim, per hoc ſibi ſanguinem de corde vitamque pariter euelli.

O Petre mi chariſſime. palatium hoc ingreſ- V.
ſus es: momordit te ſemel, & bis ſerpens ille: & Petri trina negatio.
hic moram trahis? Secure tibi poſſum prædicere, quòd ille te conſtringet, & ſemel ac bis circumplectetur, quo fiet, vt prioribus negationibus tertiam addas turpiorem, in te vires non ſentiens, quibus te tutum ſaluumque eripas: effectus probauit oraculum: exinde namque modico tempore miniſtri alij accedentes, & circumſtantes intuentes, conſpiciunt & Petrum, illique dicunt: Hic cum illo erat, quando capiebant eum. Petro autem denuo admodum turbato, ait illi cognatus Malchi: non vales hoc inficiari: nam: *Ego te vidi in horto cum illo.* O- Ioan. 18. 26.
pinabatur Petrus arma omnia quibus præceptorem ſuum ante ceperant, iam in ſe ſolum irruere: vt autem periculum hoc nullo nixum fundamento declinaret, ſolo enim timore proſternebatur: *Cœpit anathematizare & iurare, quia* Marc. 14.
*neſcio hominem iſtum quem dicitis.* Non ſat illi 71.
fuit ſimplicibus hoc aſſerere iuramentis, licet grauibus & iteratis, ſed inſuper anathematiſmos addidit & maledictiones. q. d. faxit Deus, vt ignis de cœlo me conſumat, vt terra ſinum ſuum aperiens me viuum deglutiat, Pudore me Deus confundat, nec hinc incolumis excedam, ſi nouerim quis hic homo ſit, quem nec in tota vita mea vel ſemel audiuerim nominari uſque in præſens, dum de illo mihi loquimini. Vim hanc vt arbitror côtinet hoc verbum, quod ſolus D. Marcus, vt eiuſdem Petri diſcipulus, ab eoque ſingulariter inſtructus appoſuit: *Hominem iſtum quem dicitis*, q. d. Eſt homo ille ita mihi nouus & incognitus, vt nec ſciam talem vnquam in mundo vixiſſe, nec vſque modo mentionem de illo fieri intellexi, dum illum vos mihi nominatis. Ecce in quantam abyſſum lapis ille lapſus eſt, deorſum ſemper deuolutus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 18. Negauit: Non ſum: Neſcio hominem iſtum, *&c. Licet peccatum illud circumſtantias habeat diminutiuas, fuit tamen in ſua ſpecie, & in multiplicatione grauiſſimum: nam ad trium ancillarum inquiſitionem, tertiò negauit.*

☞ 43 *in c. 26. Matth. & epiſt. 149. ad Marcel.* NOnnulli fuerunt, teſte D. Hieronymo, qui ſentiebant ſe D. Petrum honorare, dicendo, quòd non peccauerit, & veriſſimum fuiſſe quod dixit, & iurauit quòd hominē iſtum non nouerat: *Non noui hominem.* dicunt etenim, illum de cognitione intellexiſſe perfectâ, & comprehenſiua, nam illa nec ipſi Angeli Deum cognoſcunt, iuxta ipſiuſmet teſtimonium: *Mats. 11. 27.* *Nemo nouit filium, niſi Pater*, vel quòd intellexerit hominem purum, quem ego confeſſus ſum verum eſſe Deum, declaratio hæc ea eſt, quàm D. Hieron. vt friuolam exſibilat, & D. Auguſtinus vt fauorem reputat peruerſum, dantque ambo rationem, quæ *In c. 26. Matth.* D. Thomæ perplacet, quòd ſcilicet Chriſtum arguant vt mendacem, & vt D. Petrum excuſent à mendacio, illud in verbis admittunt Saluatoris. *D. Hier. loc. cit.* Audite D. Hieronymum: *Scio quoſdam pro affectu erga Apoſtolum locum hunc ita interpretatos, vt dicerent Petrum non negaſſe Deum, ſed hominem, & eſſe ſenſum. Neſcio hominē, quia ſcio Deum: Quàm hoc friuolum ſit prudens lector intelligit, ſic defendunt Apoſtolum vt Deum mendacij reum faciant. Si enim iſte non negauit, ergo mentitus eſt Dominus qui dixerat: Amē tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. Cerne quid dicat: Me negabis non hominem.* Loquatur modò D. Ambr. *D. Amb. In c. 22. Luc.* *Quidam fauore peruerſo Petrum excuſare nituntur* &c. *q. d. ſed quid multis moror cum ipſe Dominus abſtulerit omnes humana argumentationis ambages, dicens: donec ter me neges? Non accuſemus Chriſtum cum defendimus Petrum.* Eſt autem hoc ita verum, vt quamuis D. Ambr. illam indicauerit interpretationē, quam D. Hieron retulit, ipſe tamen ſe declaret, affirmans quod Petrus realiter Chriſtum negauerit, & per conſequens. grauiter errauerit. Lectu dignus eſt diſcurſus, quem hic S. Doctor, componit, verbis quidem amplum, ſed doctrinâ latiorem: & primò ingenij ſui manifeſtat acumen quaſi vellet D. Pet. aliquatenus excuſare, omnes eius negationes in partem interpretatus fauorabiliorem. Porrò poſtmodum determinauit dicens: *Sed non excuſamus Petrum, quem Dominus ipſe non excuſauit.* Quia de Chriſto cōfeſſio non fieri debet cum laruis & indumentis, ſed clarè & diſtinctè: *Non enim ſatis eſt inuolue reſponſio confitentis Ieſum, ſed aperta confeſſio.* Et attende, inquit, quòd amarè facinus ſuum defleuerit. Si nulla interueniſſet culpa, quæ de cauſa plangeret: *Quare fleuit, niſi quia culpa obrepſit?* Et hunc ſenſum in diuerſis locis proſequitur.

Vt verò bene capiamus quale fuerit hoc peccatum, noueris quædā eſſe quæ illud extenuant: etenim par eſt vt illa in honorem decuſque ſummi noſtri Pontificis expendamus. Primò excuſationem habet aliquam (ait Doctor Angelicus) quòd cum Magiſtro ſuo contenderit: nam dicente illo & cum iuramento affirmante, quòd eum vel tertiò illa nocte eſſet negaturus, propoſiti ſui tenax Petrus hoc nequaquam futurum aſſeuerauit: etenim credebat D. Petrus hoc quod Dominus aiebat, abſolutam non eſſe ſententiam, ſed comminatoriam, tales enim eſſe ſolent ſententiæ minarum Dei, licet ſæpius repetitæ, & iureiurando confirmatæ: talis etenim fuit illa quā protulit Ionas ex Dei nomine contra Niniuitas: Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur; imo & ipſe Ionas quamuis videretur loqui Dei totali conſtans reſolutione, illam vt talem ab initio ſemper intellexit: & hæc ratio fuit, vt ipſe declarat, cuius gratia noluerit illam prima vice intimare ſententiam, ſibi perſuadens, eam eſſe tantummodo comminatoriam, & quod ſi Niniuitæ ad meliora reuerterentur propoſita, Deus eam reuocaret, ipſe verò vt impoſtor, mendaxque haberetur. Ita credidit D. Petrus vt credo D. Thomæ, quòd illa verba Domini minas quaſdam ſaperent: quæ forent intelligenda, quòd niſi Petrus cautè ſibi proſpiceret, eum eſſet negaturum, ipſe verò de ſe fidebat, quòd prudenter ſe in hoc negotio haberet. Secundò: licet veritati conſonum ſit, quòd Petrus Chriſtum realiter negauerit, tamen hoc ore tantum fecerit, & nequaquam corde; vnde, ſicut certum eſt quòd peccauit mortaliter, exterius Chriſtum abnegando (quia indubia eſt illa D. Pauli propoſitio: *Corde creditur ad iuſtitiam ore autem confeſſio fit ad ſalutem*) ita quoque vt certum credimus, quòd nec fidem perdiderit, nec fuerit hæreticus: *Deum quem intùs tenuit* (crede D. Gregorio) *voce negauit*, itaque in hac materia peccatum eius tantò minoris malitiæ, quantò coram Deo minoris eſt conſiderationis os quàm cor: vt ibidem probat idem S. Doctor: & de ſimilibus peccatis & peccatoribus dixit D. Ambroſ. quòd illis Deus facilè remittat: etenim de illis intelligi poteſt illud prophetæ: *Non abierit ex toto corde*: quia nec ſimiliter illi peccatores peccant: *Ex toto corde.* Quo-

quia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

circa conſidero quod D. Ambroſ. ibidem expendit, malitiam ſcilicet nõnullorum, qui tempore tyrannorum negabant Chriſtum ore tantum, & D. Petri in hac occaſione: quamuis enim Satan aliquantulum exultauerit, audiens illorum & huius negationes; tamen tam parum his illi ſatisfactum eſt, ac Deo confeſſionibus quorundam, quas, quia ore tantum fiebant, & non corde, fruſtraneas vanaſque habebat: & ita aliquo modo dicere poterat de Petro, quod Deus de illis. Populus hic labijs me honorat; cor autem eorum longe eſt à me. Et per hoc intelligebat, quòd tantillo tempore durarent illæ negationes contra Deum, ſicut Deus cognoſcebat, duraturas aliorum confeſſiones in nominis ſui laudem profuſas. Cognoſcebat diabolus, quòd ſicut non fiebant ex corde, illud peccatum eſſet quaſi peregrinus, qui fixam non habet ſedem, vt dixit D. Baſil de peccato Dauid: quod illud appoſitè Nathan Propheta deſcripſit ſub ſymbolo peregrini, & quodque illud cito demitteret.

Tertio: quamuis peccatum fuerit, non tamen malitiæ, verùm infirmitatis & ſubitæ paſſionis: etiam reſoluit. D. Aug. *a.* illa peccata cenſeri minora & tantò magis, quantò fuerit paſſio vehementior: de quo ſubtiliter egit Doctor noſter Angelicus *b.* Præſertim quando paſſio eſt timoris: ſicut enim ipſe probat *c.* quando vehemens eſt, turbat intellectum, & quaſi abſorbet redditque ſtupidum, inopem conſilij & rationis: & ſicut dixit Cicero *d* (quem citat) aliquando ſubuertit iudicium: *Mentem à loco ſuo mouens. Tam grauis eum perturbatio concuſſit* (ita D. Ambroſ. *e.*) *vt vnius ancillæ interrogatione perterritus, ad trinam negationem conſtantia deficiente perductus ſit.*

His & alijs perpenſis rationibus nonnulli SS, ita Petri peccatum extenuant, vt de illo quaſi de leuiſſimo loquantur. Ita dixit D. Leo Pontifex tantum fuiſſe turbationem quandam conſtantiæ, ſiquidem Petrum alloquitur: *Vidit in te Dominus non fidem victam, non dilectionem auerſam, ſed conſtantiam fuiſſe turbatam.* Audet D. Bern. dicere: *Non fuit in Petro charitas extincta, ſed ſopita:* cum enim hic Doctor ita familiarem ſibi haberet, S. Scripturæ phraſim, illa videtur vſus fuiſſe, quâ illa ſomnum exprimens Holofernis profundum, ſic ait. Iacebat in lecto Holofernes nimia ebrietate ſopitus. Ita deſignat D. Bern. charitatem in Petro ex nimio timore illi valde contrario fuiſſe quaſi ſomno ſopitam grauiſſimo. Per hoc quod aiunt viri illi SS. (ait D. Thom. ſolitam illis deferens reuerentiam) ne intellexeris voluiſſe dicere, quòd D. Petrus Dei gratiam non amiſerit, & charitatem, eiuſque amorem: etenim quandoquidem peccatum eius mortale fuerit, neceſſariò dicendum, quod vtrumque perdiderit, & vt dixit D. Aug. Vtique Petrus, ſi negato Chriſto hinc iret, vtique periret. Hoc tantum indicant (interprete D. Tho.) quòd gratiam ex malitia non perdiderit, nec per actus contrarios oppoſitos directè charitati, ſed per ſolam negationem exteriorem, ad quam eum grauis irruens timor induxit. Omnia hæc quæ Petri culpam alleuiant & diminuunt, ad eius honorem ſunt laudemque conſideranda. Porro & iuſtum, equidem eſt & illa perpendere quæ manifeſtant & aperiunt eiuſdem peccati grauitatem, ad diuinæ gratiæ commendationem. In laudem gloriæ gratiæ Dei, quæ tam efficaciter operatur in eo in quo vult, quomodo & quando, vult & ad vtilitatem noſtram ob rationes ante relatas, ex quibus eius contigit Deo permittente negatio: idcirco omnes quatuor Euangeliſtæ (vt ſentit D. Chryſoſt.) ità ſingillatim illam enarrant cunctis ſuis deſcriptam aggrauantibus circumſtantijs, non vt illum inuerecundè ſugillent, ſed nos ſalubriter inſtruant: *Omnes Euangeliſtæ in hoc deſcribendo concordarunt, non vt diſcipulum accuſarent, ſed vt nos erudirent.*

D. Aug. *Tract.* 113 *in Ioan. Tom.* 9.

D. Chryſoſt. *Hom.* 82. *in Ioan.* T. 3.

Eadem præmiſſa reuerentia concludit. D. Aug. rationes, quas propoſuit expendens culpæ Petri grauitatem. *Hæc non iuſtum culpando ſed peccatores ad ſpem erigendo protulimus.* Inſuper notat D. Chryſoſto à nemine magis huius criminis enormitatem, quàm ab ipſo Petro fuiſſe declaratam: quia qui illud inter alios Euangeliſtas diſtinctius, deſcribit, & culpa Apoſtoli grauiore, Marcus fuit, vt dicemus, & hic Euangeliſta particularis fuit illi diſcipulus, eiuſq; monitu & inſtructione ſcripſit Euangelium, ita vt eius Euangelium nominetur D. Petri Euangelium: ſicut enim Sancti id quod primo loco ſtatuunt gloria Dei, eſt ſic in illo diutiùs hærent quod ad maiorē diuini nominis tendit eminentiam: & quantò fuerit crimen enormius, à quo Deus peccatorem eripit, tantò Deus extollitur altiùs, eſtque gloria gratiæ ſuæ ſublimior. Et ita patet, quod ſiquidem D. Lucas vocationem litteris tradens D. Matthæi, dum publicanus eſſet, non illum tamen proprio & vulgari compellat nomine, ſed quodam generali. *Vidit hominem nomine Leui.* Ipſe verò Euangeliſta D. Matth. eandem commemorans proprio ſe & particulari nomine indigitat. *Vidit hominem ſedentem in telonio, Matthæum nomine,* de quo.

D. Aug. *Serm.* 124 *d. temp.* T. 10.

*Ho cit.* 45

IV. Petrus per hoc non accuſatur, ſed inſtruimus.

*Luc.* 5.27

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Matth.* 9. 9. quo fuiſſe diximus dum de peccato Magdalenæ ageremus. Eodem cultu quem SS. deſeruut, ſuadet æquitatis expendamus cum ipſis Sanctis

*D. Ber. Ser. 1. de feſto SS. Petri & Pauli in princip. Ho. 1. de pœnit.*

ipſam D. Petri negationem D. Bern. quamuis aliquoties illum excuſet, porro de induſtria illud trutinans, ſentit grande fuiſſe peccatum, tamque magnum, vt forte nullum ſit illo turpius. Peccauit peccatum grande Petrus Apoſtolus, & fortaſſis quo grandius nullum eſt. D. Chryſoſt. non addit hoc: *Fortaſſe*, ſed abſolutè dicit tantum fuiſſe, vt ex ſpecie ſua nullum ſit aliud enormius, ſed nec huic æquale: fuit etenim, (ipſo iudice) negatio Dei, quæ tale peccatum eſt, vt Iob exaggerans peccati cuiuſdam in quod inuehebatur, grauitatem, tandem dicat concludens, fuiſſe quaſi quandam Dei negationem *Eſt iniqui-*

*Iob.* 31. 28. *tas maxima & negatio contra Deum altiſſimum.* Et Apoſtolus Paulus eodem modo vt peccati alterius declararet grauitatem, ſic ait: *Fidem negauit. Crudelis Petri caſus* (ſic indicat D. Chryſoſt.) *nam nullam negationi par malum.*

*1. Timot.* 5. 8.

V. Grauitas peccati D. Petri.

Huic adde quòd cum ſit tam execrabile peccatum, non hoc ſemel tantum commiſerit, nec bis, ſed tertiò repetierit. Aliqui cenſuerunt, quòd pluries quàm ter negauerit, & inſpiciendo textum inueniunt eum nouies Chriſtum abiuraſſe.

VI. Quoties Petrus Chriſtũ negauerit.

Noſter Caietanus conferens textum SS. Euangeliſtarum, colligit ſeptem negationes, quarum tres primæ fuerunt ad inſtantiam feminarum: reliquæ quatuor ad virorum inquiſitionem. Quia D. Matth. & D. Marc. præter oſtiariam, quam ponit D. Ioannes ad ingreſſum domus Pontificis, ad cuius interrogationem in primam lapſus eſt D. Petrus negationem (cuius illi non meminerunt, & idcirco illam ſcripſit D. Ioannes, more ſuo quo cetera ſcripſit ab alijs Euangeliſtis omiſſa) alias duas introducunt puellas in palatio Pontificis: cum enim D. Petrus illud intraſſet, & iam in atrio reſideret, vnaquæq; ſingillatim acceſſit, & cuilibet reſpondit Chriſtum negando: *Petrus ſedebat foris in atrio, & acceſſit ad eum vna ancilla, dicens: Et tu cum Ieſu Galilæo, eras; at ille negauit coram omnibus. Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla, & ait his, qui erant ibi. Et hic erat cum Ieſu Nazareno: & iterum negauit cum iuramento.* Rabies vos inuadat, maledictæ, quid vobis ita nunc pedes pruriunt, vt toties per atrium gyrouagæ diſcurratis inter tot miniſtros, nunc illæ, nunc iſtæ, & hunc miſerum ſenem toties interpelletis? An non vobis melius ceſſiſſet, ſi in hac turbatum occaſione, vbi tot viri diſcurrunt, vos in partem ſeceſſeretis, & intus concluſæ remaneretis?

*Matt.* 26. 69. *Marc.* 14. 66.

Non hoc mireris, reſpondet D. Ambroſius [...] namque choream modo ducit, Chriſto aduerſarius, diabolus eſt: nouit autem arma ſua tutiora & certiora eſſe mulierem, & eam ipſam eſſe quâ præſidia occupauit fortiora. Per illam proſtrauit Adam, & in ipſo totum genus humanum. Per illam vires Samſonis enaruauit: per illam, euertit illum, qui cum leonibus luſit quaſi cum agnis, vrſoſque præfocauit, Dauidem intelligo. Petrum intuetur, cui Chriſtus petræ nomen impoſuit ob inſuperabilem fortitudinem, qua præſtaret ceteris: cum muliere feſtinus accurrit illum euerſurus non ſemel, ſed bis, ſed tertio. Earum opera vſus eſt, inquit D. Hieron. ad fidem Chriſti labefactandum, ita vt omnes hæreſes, quas in Eccleſia ſeminauit, mulierum auxilio commouerit, vt inductione idem conſirmat ſingulari, de quibus aliàs egimus: etenim cognoſcit medium euertendæ fidei magis congruum, eſſe mulieres, vnde illas aſſumpſit, vt virum euerteret tantâ ſapientia & gloria conſpicuum quanta fuit Salomon: & modo illis nititur Petri fidem euerſuros, fueruntque ita ad tot compoſitæ, vt ſi cum illis fidem non valuerit eius anima deprædari, abſtulit tamen ab eius lingua fidei confeſſionem, quâ Chriſtum enaruit. Porro quanto fuerunt illæ iuniores, & viliores, tanto clarius labentis Petri conſtat infirmitas. Quod muliercula eius frangeret conſtantiam vnico verbo, malum foret, verum aliqua poterat hic adduci circumſtantia particularis ſed quod alteri collocutus idem committat flagitium, & in tertiam incidens caſu ſuæ miſerando: quia cum duabus prioribus ſimpliciter negaſſet, tertiæ ſuperaddito iuramento confirmauit: *Et iterum negauit cum iuramento.* O quanta hæc mentis infirmitas! Heu quanta confuſio: Iam ô Petre, ſi quid noui, te potes modo victum æſtimare, quandoquidem ad tertiam prolapſus ſis fœdè negationem: hæc etenim dicitur eſſe victoria. Itaque iuxta prædicta, tres illæ negationes priores ad inſtantiam contigerunt trium ancillarum.

Etiam indicant Euangeliſtæ alias quatuor negationes, quæ priores ſubſecutæ ſunt ad inſtantiam virorum: etenim cum Petrus igni adſtaret ſciſcitatur vnus ab illo, & negauit, & poſtmodum plures ex præſentibus qui ſuperuenerunt idem ab illo inquirunt, & negauit: & tandem vnus ex illis cognatus Malchi vehementiùs preſſit illum, tanquàm ocularis teſtis locutus, & hæc tunc vltima fuit negatio cum execrationibus & maledictionibus. Quamuis ita hæc eſſe

videantur,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

videantur, opinio tamen Sanctorum habet, tres tantummodo fuiſſe negationes: Sic concludit D. Auguſtin. & tot fuerunt, quot Chriſtus illi præſignauit, dicendo: *Ter me negabis*, correſpondentes tribus illis vicibus, quibus promiſerat, ſe Chriſtum nomquam negaturum. Et optimè dicitur, tres ſolummodo fuiſſe, quoad vices, quibus illum negauit: quia illæ tantum fuerunt tres ſingulares, ſiquidem in qualibet earum pluries negauerit, modo illi, modo alteri reſpondens accedenti, iuxta quod in ſingulis illi obyciebant, aut replicabant, aut tunc ſe coniungebant in illa occaſione percunctantes. Itaque tertio et induſtria illum negauit, verum ſingulis vicibus pluries negauit.

§.19. Negauit cum iuramento, &c. Cœpit anathematizare, & iurare, &c. *Negationem periuriis & execrationibus aggrauauit, ex quo Chriſtus eandem pœnam perpeſſus, quam ſub de ſuo Præſide, potuitque de illo, ſicut de Cyro, conqueri.*

44 INgraueſcit etiam huius criminis enormitas, quod illæ ſint, ſicut fuerunt, negationes cum quodam augmento: prima namque fuit cum ſimplici negatione, dicendo. *Non ſum.* Secunda iam paulo grauior: etenim illi periurium adiunxit, negando cum iuramento? *Negauit cum iuramento*: peccatum grauiſſimum, & malæ notæ: porro tertiam fecit, multa ſuperaddens illi iuramenta execratoria, anathematizationes, ſibi mille imprecatus, vt ante diximus, & hæc apertè ſignat Euangeliſta fuiſſe plurima, verbo vſus, Cœpit: *Cœpit anathematizare & iurare*: quo vtuntur Euangeliſtæ aliquem actum declaraturi, qui fiebat cum multa frequentia, abundantia & perſeuerantia. Ita refert D. Matth. quòd Chriſtus laudes D. Ioannis Baptiſtæ celebrans: *Cœpit dicere de Ioanne.* Et de Magdalena D. Lucas declaraturus qua lacrymarum vbertate Chriſti pedes irrigauerit, ſic ait: *Lacrymis cœpit rigare pedes eius.* Quinimo & de ipſo Petro in hac occaſione, ad declarandum quantâ fleuerit perſeuerantia, dicit D. Marc: *Cœpit* flere q. d. Cœpit, veruntamen non tam cito lacrymis modum impoſuit: quod eſt quaſi Petrum in hac occaſione deſcribere velut horologium in quo rotæ diſſoluuntur, vt horas indicet inordinate; nec ſiſtit, quamdiu funis reuoluitur, vel pondera ad terram accedunt: & credere poſſumus: quia

1. Verbo Cœpit vſus.

Matt. 11.

Luc. 7.

tantus Petrum timor inuaſit ex eo quod illi cognatus Malchi ſua replica teſtatus eſt qui ſe velu oculatem profitebat teſtem: *Nonne ego te vidi in horto cum illo?* vt iudicatet Petrus, quatenus huic plene ſatisfaceret obiectioni, illique fidem adhiberent, quod congeries requiretur (a) maledictionum & iuramentorum.

(a) Van ſin fin de iuramentos Hom. 82. in Matth.

Secundum hæc opinatur D. Chryſoſt. quòd ſi quidem Chriſtus tantum dixerit, quòd illum eſſet tertiò negaturus, locutus fuerit de negationibus, in quas incideret ante galli cantum, & ita res accidit: etenim ante illum tertio Chriſtum negauit, ſed quòd poſtmodum multiplicauerit negationes, eaſque tantas, vt velut ſine numero, illas referre omittat Euangeliſta, tantum earum deſcribens principium: *Cœpit anathematizare & iurare*, &c. Tu iudica, num grande fuerit hoc peccatum. Huic adde patratum hoc eſſe poſt tot tantaſque obligationes, poſt toties repetita promiſſa, poſt adeo ſingularem præmonitionem, & præſertim cum ipſam Chriſti perſonam ignominiâ commaculet, quæ ita ſola remanſerit, vt nec eſſet qui pro illo defenſor reſponderet, & in tali perſona, qualem eſſe nouimus Petrum: etenim propter illas circumſtantias hoc vnum præ ceteris Chriſtus in paſſione tulit ægerrimè, fuitque illi tanto dolori, quanto vel aliquis cruciatus.

„ Nihil alicui cruciatum adfert acerbiorem, „ quàm eum per hoc torqueri, quod erat illi ſummopere volupe, atque in eum retorquere illud „ quod in maximum eius tendebat fauorem, „ quod eſt ipſum proprio gladio iugulare. Sibi „ Chriſtus in amicos aſſociauit Apoſtolos, & „ inter illos D. Pet. elegit in totius collegij ſui „ Præſidem, quo Chriſtus ſe recreare videbatur, „ eratque ille in quo paulo ante ſigna non vulgaris fauoris notauerat & amicitiæ. Quod igitur „ ille ipſe ſit, qui illum abnegando quaſi omnia „ ſuo ſigillo confirmet & approbet, quæcumque „ in eum inimici & obijciunt & moliuntur: in „ propatulo eſt, hoc Chriſtum dolori pœnæque fuiſſe vel maximæ. Notandum venit decretum Regis Cyri, hic etenim ille fuit, quem „ Deus populi ſui liberatorem, templi ſui ædificatorem vel reædificatorem elegerat. Facultatem conceſſit hic Iudæis, vt ſi vellent reuerterentur in Hieruſalem ciuitatem templumque denuo reparaturi. Egreſſi ſunt de Babylonia, reuerſi in Hieruſalem, manumque adiecerunt ædificationi. Confeſtim illis ſe nonnulli acriter „ oppoſuerunt, ne vlterius in opere progrederentur, ceſſaretque ædificatio. Ad Regem res de-

II. Quid hominem maxime vexet.

III. Confirmatur ex decreto Cyri.

lata eſt ab accuſatoribus, objicientibus: ab ijs ædificari Hieruſalem ea intentione, vt contra Cyrum Regem ſeditioſi propugnaculum extruerent. Cyrus nedum illis aures non præſtitit beneuolas, ſed iteratis iiſque benignis litteris ſuis præcepit miniſtris vltra fluuium commorantibus, vt nedum illis non forent obſtaculo, ſed inſuper huic operi inſudantes ſtrenuè adiuuarent: qui vero illis ſe præſumeret aduerſarium opponere, ſeuerè caſtigaretur:
1. Eſdr. 6. 11. *A me ergo poſitum eſt decretum vt omnis homo, qui hanc mutauerit iuſſionem, tollat ur lignum de domo eius, & erigatur, & configatur in eo, domus autem eius publicetur.* Quod Septuaginta legunt: *Dominus eius ruatur. Tollatur lignum de domo eius*, quid amplius ergo lignum habet de domo eius, quàm de alterius cuiuſcumque domo, vt talis in eo ſuſpendatur? ad acerbius tormentum, lignum domum eius fulciens, in qua ipſe quieſceret, & tegeretur ac contra iniurias aquarum, ſolis, frigoris & caloris protegeretur: ipſum fit pœnæ eius inſtrumentum & in eo, atque per illud honor eius vitaque patiatur: hæc enim omnia doloris eius grauius multò ſunt incrementum. Idem fit iudicium de Chriſto in negatione D. Petri: hæc etenim non mediocriter paſſionis eius dolores pœnaſque exacerbauit.

IV. Sic Iob in ſeipſo hoc demonſtrat.

Suas Iob pœnas commemorans, poſtquam dolores ſuos expendit, quos ſenſit grauiores ex eo quod videret illos in quos plura contulerat beneficia, tergum ſibi vertere tribulationibus attrito, ſubnectit hoc eum torquere ſingulariter, quo intimi ſui conſiliarij & amici dorſum illi oſtenderent & eorum præcipuus in eum ſeditioſus inſurgeret.
Iob.18.19. *Abominati ſunt me quondam conſiliarij mei, & quem maximè diligebam, auerſatus eſt me.* Iob Rex imperabat, multoſque beneficijs cumulauit, attamen in ſingulari nonnullos, quos ſibi conſcripſerat in fideliſſimos conſiliarios, quibus negotia magis ſeria & principaliora regni ſui communicabat. Inter illos ſeruiebat ipſi quidam Præſes, quem præ ceteris auctoritate promouerat, & fauore dignatus fuerat eminentiori, ſuum illis erga ipſum affectum teſtatus: porro tulit hoc permoleſtè quòd ab eis deſereretur, in quos beneficia contulerat adeo ſingularia: ſed multò ſenſit hoc grauius, quòd conſiliarij ſui eum abominarentur: porro acerbiſſimum in ſummo gradu hoc illi fuit, vt vidit Præſidem illum ſibi factum aduerſarium, & depoſita omni reuerentia in faciem ſibi peruicacem obſiſtere. Meritò dolenter hoc paſſus eſt Iob, at vero maiori meritò ratione Chriſtus hoc ſic accepit, quanto præcurrit figuram figuratum, viuumque picturam.

Dominus hic multis extitit beneficus: eo[...]nim quibuſdam oculos tribuit, alijs linguam, his greſſum, illis cibum, nonnullis vitam, particulariter ſingulares elegit perſonas ſibi conſiliarios, ſcilicet Apoſtolos: *Elegit duodecim ex ipſis, quos Apoſtolos nominauit*: quibus in particulari & ſecreto regni ſui negotia communicauit: *Vobis datum eſt noſſe myſterium Regni Dei, ceteris autem in parabolis.* Illis ſui pectoris arcana reuelauit: *Vos dixi amicos: quia omnia quæcumque audiui à patre meo, nota feci vobis.* Inter illos vnus erat, quem Præſidem deſignauerat, nempe Petrum, cui fauores donaque contulit ampliora, nomen illi imponens Petri, ſuum illi gens vicarium, & regnorum Præſidem, cui paſſio ante curam collegij ſui commendauerat: *Confirma fratres tuos.* Indoluit vehementer ſupernatu le Iob, quòd aduerſitatum ſuarum ingrediens pelagus, omnes illi qui digniora ab ipſo receperant beneficia, eo relicto fugam arripuerunt infideles: quando quidem nullus eſſet qui procedit in eius reſponderet exonerationem, nec ad eum faciem ſuam conuerteret, niſi vt ipſum onerarent ignominiâ. Porro in particulari querelas triſtes depoſuit, videns hos ſuos conſiliarios eo tempore quo capiebatur eo relicto in fugam ſe præcipitantes inhoneſtam, eumque vt mortem eſſe execratos: ſinguli namque ſibi perſuadebant, quòd illi propinquum eſſe, propriam eſſet ſibi conciliare damnationem. Ceterum pœna fuit ſolidior, quod concilij ſui Præſes ita ſe illi ſtatuerat aduerſarium, vt iuraret, periuraret, execraretur & deteſtaretur quod eum non noſſet, faciem ſibi vertit, & ſe felicem autumat, ſi perſuadere poſſit, quòd hoc credant, quòd eum non agnoſceret, nec in vita ſua vel ſemel vidiſſet: *Quem maximè diligebam, auerſatus eſt me.* O Petre, quod prior illum tu condemnes, quàm iniqui illi iudices, & ſacrilegi Pontifices: cum per hos iudices, cum talem eſſe, vt tibi reputes dedecori illum cognoſcere. Non tibi excidit phraſis illa qua Magiſter tuus vtebatur, imo ab hinc paucis diebus proponens parabolam de Virginibus, illam protulit, declaraturus, quàm grauiter eas deteſtaretur, haberetque vt inimicas, non enim aliud de illis dixit, quam tu modo de ipſo: *Amen dico vobis neſcio vos.* Deinde dicentem eum audiuiſti quòd peſſimis ſibi inimicis, quorum opera perpetuæ fuerunt iniquitates, nihil aliud ſe

[illegible]

ſententiam pro illis iuſtam condemnationis æ-
ternæ dicturus ſit, quàm: *Numquam noui vos.* Si Matth. 7.
tu Petre hoc illum modo tractas, quid de cete-
ris admiramus? Vt ſapio diminuis & extenuas
id quod crudeles in illum molitur inimici,
quandoquidem tu, qui tantum te extuliſti, &
amicum eius eſſe gloriatus fuiſti, tantâ illum
profundis iniuria, vt ruinam tuam eſſe cenſeas,
quòd amicus illius ſis, nec hoc ſolum, ſed illum
vel nomine tenus agnoſcas.

Sibi perſuaſit David, quando viliſſimus ille
ſcurra Semei ipſi ſubditus, puluerem illi adiecit,
terram & lapides, inſuper & grauiſſimis ac non
tolerandis in eum conuitijs debaccharetur, quòd
rationem aliquam haberet quâ ſe ſolaretur, con-
ſiderans quòd proprius, & dilectus ſibi filius
Abſalon ipſe eſſet, qui proteruior illi debitam
negaret obedientiam, Vnde ſic Abiſai alloquitur: 2. Reg. 16.
*Ecce filius meus qui egreſſus eſt de vtero meo, quæ-
rit animam meam: quanto magis nunc hic filius
Iemini? Dimittite eum vt maledicat.* Quid ais ô
Petre ſanctiſſime quòd illum minimè cogno-
ſcas? Non noui illum? neſcio illum? An non vi-
des quòd cor illi transfodias? Quam grauiter
Deus excanduit in Regem Cyrum ob aliud ver-
bum quod dixit ſicut hoc? Loquitur de ipſo in
ſenſu hiſtoriali ita diſtinctè per Iſaiam, vt D. D. Hier.
Hiero. ſtultitiam interpretetur hoc ipſum de in c. 45.
illo non interpretari. Repleuerat Deus Regem Iſa.
Cyrum non vulgaribus beneficijs, vt illo ſic nu-
dum exiſtente, vt nec adhuc natus eſſet, iam pro-
prio ſuo ore nomen illi deputâuerit quo natus
vocaretur, nempe Cyrus, ob rationes quas modò
non vacat explicare. Illum apprehendit manu
ſua, demonſtrans quòd eum ſibi adſciſſeret in a-
micum, & vellet cum eo coniunctiſſimâ copu-
lari amicitia: nomen illi dedit Vicarij ſui, cum
vocans Chriſtum ſuum, pedibus eius totum ſub-
ſtrauit orbem, eum efficiens non ſolum vulgari-
bus hominibus, ſed etiam omnibus Principibus
terræ ſuperiorẽ. Poteſtatem conceſſit illi portas
ciuitatum, & fortalitiorum aperiendi, licet æreas:
vectesque ferreos confringendi: eius manibus
ſuos impoſuit theſauros, quotquot habebat ab-
ſconditos: ſua illi ſecreta manifeſtauit maximè
profunda: tradidit illi quidquid optare poſſet, vt
perfectè grateque reſponderet ſupremæ ſuæ & e-
minentiſſimæ maieſtati, ad quam illum benignus
euexerat. Hoc indicauit vnico verbo quod ad-
iunxit poſt multa alia quæ præmiſerat: *Accin-
xi te* q. d. præmuniui te omnibus neceſſarijs
vt ad manum paratus eſſes ad quamlibet occaſio-
nem, vt Dux ad bella præcinctus. Legunt Septua-
ginta: *Confortaui te.* Paulo poſt quando Deus
de Cyro maiora ſperabat obſequia, ecce prodit
Gethis ingratior, & vltra modum inhumanus
de illo effutit, ſe Deum minimè cognoſcere. Ita
grauiter in anima Deus hoc accepit (ſi ſic fari li-
ceat) vt vatem aduocet Iſaiam vt hoc illi oneris
imponat, præcipiatque, vt beneficia hæc illi à
Deo collata conferat, cum ingratitudine eius
multa, qua tantis reſpondit beneficijs, quatenus
conſtet omnibus qualiter hæc illis conueniat,
atque ex illorum magnitudine, grauitatem tan-
tæ redarguat ingratitudinis: *Hæc dicit Dominus
Chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dexteram. Ego
ante te ibo & glorioſos terræ humiliabo.* Principes
maximè nobiliores tuis poſternam pedibus hu-
miliatos. *Portas æreas conteram, & vectes fer-
reos confringam, & dabo tibi theſauros abſcondi-
tos, & arcana ſecretorum &c & vocaui te nomi-
ne tuo. & non cognouiſti me?* Hoccine fieri poteſt? VIII.

Sed meô quidem iudiciô, Petre te Chriſtus in Nec mi-
ſuum modo vocat tribunal, eaſdemque tibi pro- nor fuit
ponit rationes, & querelas adeo fundatas obijcit illa Petri,
in faciem. Apprehendit te manu potentiæ ſuæ,
& de paupere piſcatore ad ſtatum promouit al-
tiorem Apoſtolatus, quo te principem erauit
vniuerſi: *Et non cognouiſti me?* Hoc Petri nomen
tibi impoſuit, dixitque tibi: *Simon tu vocaberis
Cephas*, iam per hoc ſignans te vt lapidem fun-
damentalem ſuæ Eccleſiæ *Et non cognouiſti me?*
Ipſe tibi declarauit & inſigniora ſua atque pro-
fundiora communicauit ſecreta, quæ nec com-
prehendere quidem poterant in ſua natura ipſi
Seraphini oculis fidei tuæ reuelans naturam
ſuam diuinam in humana: *Et non cognouiſti me?*
Theſauros ſuos aſſeruat infinitos, vt veſtris om-
nes manibus diſtribuantur: *Et non cognouiſti
me?* O Petre, iam multum tibi timeo, & ſi quid
noui, Deum audio contra te iuſtiſſimas illas
proponentem querimonias, quas obiecit olim
populo ſuo fœdifrago, ob quas illi concluſum
erat tunc temporis eum protinus delere, cunctis
illum ſpolians beneficijs vſque tunc conceſſis,
locum cedens inimicis, quatenus illum capti-
uum raperent in Babyloniam.

Contra eos vehementer expoſtulat per vatem
Hieremiam, prædicitque non leuem de illis ſe
ſumpturum vindictam: *Numquid in gente tali non
vlciſcetur anima mea?* Adeſte inimici, adeſte *A-* Hierem. 5.
*ſcendite muros eius, & diſſipate &c. Auferte propa-* 9. 12.
*gines eius* Quæ verò tantæ Domine, ratio cõmo-
tionis? *Præuaricatione enim præuaricata eſt in me
domus Iſrael, & domus Iuda, ait Dominus.* Horrẽda
nimis me prouocauit iniquitate. Quęnam igitur

Domine mi, poteſt eſſe malitia, quam tam magnam æſtimas? *Negauerunt Dominum, & dixerunt: non eſt ipſe.* An grauior dari poteſt populi alicuius iniquitas, quàm poſt tot recepta beneficia, congeſtaque dona quibus eum præueni, dicere, quòd me minimè cognoſcat? Illum de ſeruitute eduxi Ægyptiaca liberum, pane cœli & Angelorum cibo alui ipſum, terram tradidi qua nulla eſt in mundo fertilior: nam ob eius abundantiam fluere dicitur lacte & melle, congregaui in illo depoſitum quoddam & cumulum donorum meorum ac miſericordiarum, & poſt hæc adhuc audiam ex ore eius, quod me non cognoſcat? Mente reuolue Petre mi ſanctiſſime, vtrum tu minus deliqueris, vel an in negatione eum præcucurreris, etenim vt ſentio de te dicere poteſt quod de quadem muliere cuius ingrata ſcelera talia fuerunt, eoque progreſſa fuit, vt aliquo modo illis iuſtificaret maiora, quæ com-
Ezech. 16. 51. miſerant illæ quas fama notauerat omnium impudiciſſimas: *Viciſti eas ſceleribus tuis, & iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus abominationibus tuis & ſceleribus tuis.*

### §. 20. *Contriſtarunt Chriſtum hæ negationes vſque ad mortem & videtur de Petro timeri potuiſſe, quod Daniel de Rege Nabuchodonoſor.*

41 FVit indubiè peccatum hoc graue, & ex turpioribus offenſis atque iniurijs Chriſto Domino noſtro in paſſione ſua inflictis, quo, videtur Petrus primò Chriſtum condemnaſſe, quàm ipſi Iudices, quandoquidem ſuis negationibus denotabat Chriſtum talem eſſe virum, vt ſibi infamiæ duceret, & incommodo non tantum eſſe diſcipulum eius, ſed etiam ipſum vel agnoſcere. Vnum inter cetera cenſet Spiritus S.
I. Vera & falſa amicitia. eſſe peccatum acerbius amici cuiuſdam, qui in conſpectu tuo mille tibi offert obſequia, tuumque extollit agendi modum, actiones & vitam: tuas buccinat rationes, ipſaſque affirmat eſſe ipſam ſapientiam, & cuncta mirabilia eſſe prædicat quæ vel agis, vel loqueris, quaſi ceteris eminentiora: ſed paulò poſt oblata occaſione, quâ ſperabas eum habere te tui protectorem, te negat, tuam reprobat perſonam, vitam tuam nigro damnat calculo, dictaque tua fallax aſper-
Eccli 27. 26. natur. Audiamus de hoc Salomonem: *In conſpectu oculorum tuorum contenebit os ſuum, & ſuper ſermones tuos admirabitur: nouiſſimè autem peruertet os ſuum, & in verbis tuis dabit ſcandalum.* Multa mihi, inquit ſapiens, videntur mala, multa reprobo, multaque exhorreſco, ſed nullum mihi videtur comparandum tantæ proditioni, quantum eſſe hanc arbitror. Nec hoc mirum eſt, inquit, me hoc execrari & deteſtari: quia etiam illum Dominus ſingulari proſequitur odio, qui tale quid attentauerit: *Multa odiui, & non æquaui ei, & Dominus odiet illum.*

In amicitia fundatur tota hominum inter ſe confidentia. Quòd ille te neget, qui te non cognouit: non mireris: quòd ille te neget, cui fidebas ob promiſſa tibi ab eo facta, per verba tibi iurata, atque inter tuos capitales inimicos ſit ille, qui manifeſtiùs declarat non noſſe te, quis hoc ferat patienter? His ferunt occaſionibus conſtans veraque amicitia. Sic habeo cum Salomone: *Fidem poſſide cum amico in paupertate illius, vt & in bonis illius læteris. In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, vt & in hæreditate illius cohæres ſis.* Infidelis ea cenſetur amicitia quæ tempore tantum accurrit abundantiæ & gloriæ: fidelis autem in die calamitatis & inopiæ cognoſcitur. Non hoc ita extollo, Petre benedicte, quòd Chriſtum in monte Tabor confeſſus fueris, quando tibi guttas aliquas ſtupendas propinauit ineffabilis ſuæ gloriæ: ſed puto, tunc non attigiſti ab illo efflagitando, vt tibi perpetuam ibi concederet huius gloriæ fruitionem: quia ad eiuſdem gloriæ illius ac æternorum poſſeſſionem, tibi neceſſarium eſt, vt tua fidelis conſtanſque prius probetur amicitia: & ex ijs quæ video, niſi fallar, præſumere poſſum eam non fidelem, ſed eſſe infidelem; quandoquidem quantum illum commendaſti, prædicaſti & confeſſus es tantâ conſpiciens eum gloria magnificum, tantum illum nunc abnegas tormentis cum cernens pœniſque examinatum.

Vt auguror Petre ſanctiſſime, illa tua amicitia infidelis eſt, & quam Spiritus Sanctus viatilem vocat: parua etenim eius in hoc probatur ſubſiſtentia, quod tempore ſe ſubducat aduerſitatis: *Eſt amicus ſocius menſæ, & non permanebit in die neceſſitatis.* Huic ego, inquit Salomon, ſtudeo quàm plurimum, vt tantò veriùs amicum meum confitear, & diligentiùs illi ſubueniam, nec non pro illo feruentiùs reſpondeam, quandò videro illum grauioribus afflictum aduerſitatibus pœniſque agonizantem: & ſi quando ea de cauſa me malum aliquod apprehenderit, hoc mihi gloriam æſtimabo eminentiorem, amici fideliſſimi gratia pati tribulationes: *Amicum ſalutare non confundar, à facie illius non me abſcondam, & ſi mala mihi euenerint per illũ, ſuſtinebo.* Quãdò eſt

hac

II. hæc amicitia laude dignior, tantò eſt ea reprehenſibilior quæ in hoc delinquit, & talem tuam
Petrus falſus eſt amicus. eſſe ò Petre liquido confirmatur. Heu quanta magiſtrum tuum contumeliâ proſcindis, notaſque infamiâ.

Iam à mille annis cœpit doloris huius ſigna manifeſtare ore pſalmiſtæ Regij: vt enim probat D. Auguſtinus in eius perſona compoſuit pſalmum illum in quo proponitur quaſi in ſtatu pænarum, agoniarum & preſſurarum, quibus eum modò conſpicimus prægrauatum: nam idcirco huic pſalmo præſcripſit, interprete D. Auguſtino titulum: *Oratio inopis, cum angeretur, & in conſpectu Domini effudit precem ſuam.* Oratio pauperis quando mortalibus preſſus anguſtiis Patri dolores ſuos pœnaſque proponit atroces. Et quænam, precor, illæ? *Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, aduerſum me iurabant.* Quo contigit hoc tempore? Manifeſtè hoc cernimus, explicat Euthymius, in hac occaſione, quâ Dominus noſter in domo captiuus detinetur ſummi Pontificis
III. Caiphæ. Hic etenim inimici eius capitales in concilio congregati contumeliis illum, alapis, ſputis, blaſphemiis, opprobriis, & maledictionibus irritarunt: vt flagellatum omnes deſcribunt Euangeliſtæ, dicat & merito: *Tota die exprobrabant mihi inimici mei,* Porro quod ceteris ſeſe acerbius, hoc erat: *Qui laudabant, me aduerſum me iurabant.* Inter illos vnus fuit quem præſentem habemus, tantæ vir auctoritatis, vt: *Vnus pro decem millibus computetur:* Hic enim eſt Apoſtolus Petrus: hic qui primus in eius extremis præconium, fidelitatem illi promittens, & ſequi eum ad carceris vſque preſſuram, mortiſque anguſtias. Porro ſi confeſtim in hoc deliquit, nemo peius offendit, dum aduerſus eum iurauit, nec ſimpliciter, ſed aſſertoriis iuramentis & execrationis: *Qui laudabant, me aduerſum me iurabant.* Quale tunc foret cor Chriſti: ſi namque cum inimici ſui torquebant & affligebant in corpore, Petrus cor illi & animam transuerberabat, & quot emiſit negationes & iuramenta, tot illum pugionibus tranſfodit acutiſſimis.

10 Modo perſpicuum eſt quod heri diximus, vnam ex aliis triſtitiæ cauſis quibus Chriſtus in horto moeſtus opprimebatur & cor eius ita coanguſtabatur vt in hæc verba prorumperit: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*, & quâ in tam extremam incidit agoniam, vt ſudorem emiſerit ſanguineum vnam inquam, fuiſſe qua conſiderabat hanc ſibi ab amico, quo nullum habebat integriorem, iniuriam inferendam: tales etenim euentus, vt Spiritui S. credere fas eſt, hunc producunt effectum. Incipit igitur ore Salomonis agere de amicitia, atque quæſtionem moueri inter amicos hanc ordinariam: vter melius iura ſoluat amicitiæ. Hoc verbis illis indicatur: *Omnis amicus dicet: Et ego copulaui amicitiam.* Porro docet nos experientia quoſdam eſſe amicos ſolo nomine: *Sed eſt amicus ſolo nomine amicus.* Amicos inuenias plures qui nihil ita ſeduló curarunt, quàm ſe tales oſtendere: ſed tempore tribulationis, inimicum induunt, & iis ſociantur qui tales eſſe cognoſcuntur: *Nonne triſtitia ineſt vſque ad mortem? Sodalis autem & amicus ad inimicitiam conuertentur.* In Græco verbum non legitur aduerſatiuum: *Autem*, nec illud legit D. Raban Maurus; ſed conſequenter: *Nonne triſtitia manet vſque ad mortem: ſodalis & amicus conuerſus ad inimicitiam.* Iam expoſuimus: quod iuxta phraſim S. Scripturæ: *Triſtitia vſque ad mortem*, triſtitiam mœroremque ſignificet, quæ mortem inferre, & cor præfocare ſufficiat. Sufficiens eſt, inquit, vt talem producat animi mœrorem, ſi videris amicum tuum magis intimum, in quo tuam omnem collocaueras fiduciam, cuique ſecretiora pectoris tui reuelaueras arcana, conuerſum tibi in aduerſarium, tuiſque confœderatum hoſtibus: atque his non parum tua recrudeſcit pœna; quod illis te ex vna parte cruciantibus, ipſe ſit qui vſque ad manubrium ſeu capulum profundiùs tibi lanceam intorqueat. Heu quanta hæc moleſtia! Amicus integer eſt tanquam alter ipſe: quocirca illo deficiente, tibique facto contrario, pene dixerim idem eſſe, ac ſi faceret, vt tu ferox & infidelis in te ipſum inſurgeres, tuque ipſe ſis, qui tibi bellum inferas immaniſſimum; *Triſtitia vſque ad mortem ſodalis conuerſus ad inimicitiam.*

Eccl. 37. 1.
IV. Negatio hæc Chriſtum ſummopere contriſtauit.

V. Exemplo confirmatur.

Actualiter hoc ipſe vidi in quadam viſitatione, quæ ex præſcripto Regis Philippi ſecundi fiebat contra quemdam huius regni miniſtrum primarium: cum enim viſitator proceſſum illi formaret, intellexit vnum, qui fuerat, & quem ipſe ſibi credebat amicum, ſiquem alium, contra ipſum aduerſariũ tuliſſe teſtimonium, & quamuis non eſſet tanti momenti negotium, quo poterat illum onerare: hoc ſolum, quàm primum intellexit, tam feruentes in eo ſuccendit febres, vt mortem ex illis incurreret, & mecum de hoc collocutus, non aliam doloris ſui proferebat cauſam, quàm amici ſui non tolerandam traditionem. Et aſſero non fuiſſe aliquid grauioris momenti, quia lite terminata, ipſo mortuo Rex filiæ defuncti beneficium cõtulit non exiguum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex his collige pœnæ acerbitatem quâ Chriſtum Petrus affecit, quantam illi negationibus ſuis & periuriis intulerit animi triſtitiam. O quale peccatum tam graue! O quam ignominioſam in illum ô Petre committis offenſam: tantò turpiorem quantò tu aliis ab ipſo prælatus cui ſecreta ſua reuelauit, cui nomen impoſuit, docemque exercitus ſui, ac caput viſibilis ſuæ deſignauit Eccleſiæ. Quis forte dixerit, infirmum hunc eſſe extra omnem ſalutis ſpem, morbumque incurabilem: & quandoquidem tam inuerecundè tempore tribulationis terga verterit Saluatori non eſſe recipiendum ad æternam requiem: etenim omnibus perſpicua eſt ea ſententia, quam Chriſtus protulit tanquam in regno ſuo ſtabilitam: *Qui me negauerit coram hominibus, negabo eum coram Patre meo, qui in cœlis eſt.*

*L. de repar. lapſi ad Theod. Tom. 5. Pſ. 860.* Immoratur ei D. Chryſ. quod Danieli contigit cum Rege Nabuchodonoſor. Habuit Rex ille ſomnium illud celebre, in quo conſpexit arborem magnam, cuius rami per terram extendebantur vniuerſam, tantæ celſitudinis, vt faſtigio cælos attingeret. Ad eius vmbram animalia concurrebant, & in ramis eius aues nidos ſibi componebant, omneſque fructibus ſuis alebat vberioribus. Horâ intempeſta vox de cœlo Angeli miniſterio ruit, & exclamat. Succidite arborē, decidat proſtrata in terram: & factum eſt ita. Hæc vidi, ſic Rex Danieli, dicito mihi (amabo) quid hæc ſignificent. Cui ita Daniel, Domine mi Rex ſignificatio hæc ea eſt: tu arbor illa, cuius poteſtas extremis imperat terræ terminis, cui cuncti principaliores ſubduntur, qui volant vt aues, & minores qui reptant per terram vt animalia. Noueris autem Domine mi, decretum emanaſſe à Deo te reſcindendum, atque ex hac regali ſede, ad quam te promouit, exturbandum: An huic ſupereſt remedium? Dubito multum, reſpondet Daniel; conſilium meum tibi placeat. Erogandis eleemoſynis incumbe diligenter, ſi forſitan ſtatutam reuocet Deus ſententiam teque in ſtatu illo Regali thronoque conſeruet: *Quamobrem Rex conſilium meum placeat tibi & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum: forſitan ignoſcet delictis tuis* Quid hoc interrogat Prophetam D. Chryſoſt. vates ſanctiſſime? *Quid dicis tu ſapiens ac beate?* An in dubium reuocas remiſſionem peccatoris? *Forſitan ignoſcit Deus?* An tu ſolus ignoras, quod omnes norunt quanta ſit Dei miſericordia, & quàm facile ad vnicum ſuſpirium, vnamque lacrymam clemens reuocet ſententiam aduerſus eum fulminatam? An hoc certum non eſt: *In*

*Dan. 4. 24.*

§ VI. Cur in dubium vocetur remiſſio peccatorum in Nabuchodonoſor.

*quacumque hora ingemuerit peccator, iniquitatum eius non recordaberis amplius?* An hoc norit . . . quòd cum tam enorme ſcelus eſſet Dauidis . . . co tamen: *Peccaui*, quod effatus eſt, accurrerit Propheta aſſeuerans illud eſſe amodo remiſſum! Noueris igitur, ex D. Chryſoſt. peccatum Nabuchodonoſor ſingularem quandam prætuliſſe circumſtantiam, quòd nempe Deus non vulgariter eum cumulauerat beneficiis ſemel & bis, illum illuminans, & altiſſimam infundens illi potentiæ ſuæ cognitionem futurorum euentuum, ac ſanctorum myſteriorū in figura myſticæ illius ſtatuæ tot diſtinctis conflatæ metallis, quæ ſibi inuicem ſuccedebant, & lapilli de monte ſine manibus præciſi, qui ſtatuam euertit & contriuit in puluerem, extendens poſtmodum ſeipſum per vniuerſam terram: illi myſterium reuelatum eſt cæleſte aduentus filij ſui in mundum, qui naſciturus erat de monte ventris virginalis vmbroſo, abſque virili opere, omneſque ſibi ſubiugaret Monarchias variis illis metallis præfiguratas.

Expoſuit illi Daniel, interprete præfato Auctore, hoc ita manifeſtè vt cum Rex eſſet tanta ſuperbus inflatione, ad eius tamen ſe pedes ſupplex proſtrauerit, & Deum in perſona ſerui ſui contemplatus illum adorauerit, ſacrificia & incenſum obtulerit: *Tunc Rex cecidit in faciem ſuam, & hoſtias & incenſum præcepit afferri, vt ſacrificarent ei* Huius tanti beneficij immemor, illico negat illud quod de vero Deo fuerat confeſſus, & ſtatuam erigit quam præcipit ab omnibus vt Deum adorari, qui ſecus fecerit, in fornacem iniicietur comburendus ardentiſſimam. Proſiunt in medium tres illi ſanctiſſimi adoleſcentes, quos illam adorare recuſantes mandant Regis fornacem iniiciendos: attamen denuo Deus occurrit illum illuſtrans, diuinam ſuam illi demōſtrans potentiam in eo, quòd non ſolum intactos illos flamma non conſumpſiſſet, imo potius alacres & vegeti inter illam velut inter flores ambularent: Deus autem ſe illi reuelabat in perſona Angeli in medio eorum ita diſtinctè vt ab ipſa veritate conuictus denuo verum Deum coram omnibus confiteretur, non taliter qualiter, vel fucatè, ſed voce clamoroſa, factus eiuſdem gloriæ prædicator: nec non edictum per omnia regna ſua diuulgauit, vt omnes Deum Iſrael vt verum Deum adorarent. Vix hanc emiſerat profeſſionem, cum ecce confeſtim eius oblitus hunc Deum negat, quem adeo ſeriò cognouerat, atque idololatra mentitur, & quæcumque promiſſa iurauerat, peſſumdat infidelis.

O Rex, inquit Daniel, in tam periculoſo animæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mæ ſtatu te conſidero conſtitutum, vt neſciam verum tibi laxaturus ſit pœnam, quam in te decreuit exequendam. Verum eſt quod te Regem creauerit, & beneficiis affecerit eximiis, tuque illi ſtudioſè ſeruieris: porro cum gradum inconſtans retraxeris ab eo quod illi ſerio ſpoponderas, ſiquid hic intelligo, ipſe quoque Deus pedem iuſtè reuocabit ab honore illo ſupremo, ad quem te elegerat & deſignârat extollendum. O

VII. Petro idem dici poſſet quod Nabuchodonoſori. Apoſtole, & potentiſſime ac ſupreme Monarcha, à Deo electe ad ſuæ regimen Eccleſiæ, tene ſidem, quod poſtquam te in ſui cognitione tam ſublimiter illuminauit, vt voce altiori illum confeſſus fueris filium Dei, & hac ipſa nocte ſecundò tibi fauerit illis beneficiis quibus te cumulauit, tuque illa cognoſcens noua promiſſa illi iuraſti fidelitatis, & denuo tuas confirmaſti confeſſiones, ac firmiter ſpopondiſti illum vt talem perpetuo confiteri: quòd inquam tam cito parum tibi conſtans deficias, pedem retrahas ipſum eundem negando, & cum nolis confiteri, non ſemel, non bis, ſed tertio, nec ſimplicibus hoc negationibus, ſed horrendis periuriis, execrandiſque fœdifragus execrationibus? Iam quantum noui, caſus eſt deſperatus, & timere potes, ne Deus tecum rationes ſuas ſubducat teque puniat: imo videtur, cum ita viuas inaduertenter, vt nec conſideres quæ facis, quod & ad talem delapſus ſis ſtatum, in quo Deus ore

VIII. Similitudo. Salomonis deſcripſit virum omni ſpe ſalutis priuatum ſub ſymbolo naucleri qui vi tempeſtatis animo confractus, quaſi lethargicus obdormit inops conſilij, & remedij, atque reiecto clauo nauem ventorum committit turbinibus huc & illuc agitandam, & quantum libet illum mutenturi (?) ſui moneant & pericli, ſurdus nec audit, nec aduertit inſipiens: *Et eris ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo, & dices: verberauerunt me, ſed non dolui, & traxerunt me, & ego non ſenſi.* Videtur, vt

Prou. 23. 34.

politica dicendum, dici poſſe Petrum ad talem deueniſſe ſtatum: quia tempeſtate turbatus, quâ premebatur, quaſi lethargicus obdormiebat, & nauſeam marinam paſſus, in tantum, vt cantante altiùs gallo, ipſum omnibus mouentibus, ipſe ſiquidem hoc audiret, tamen hæreret quaſi ſtupidus & inops conſilij, cum eſſet ipſe teſtis, quem illi erroris ſui dederant certiorem. Morbi ſui patefacit grauitatem, cum tantò fortior, & efficacior cenſeatur lethargia, quantò minus illam ſentit infirmus, & minus intelligit alloquentes: & tantò clarius patet quàm terribili quis caſu lapſus ſit, quantò minus voces aduertit eorum, qui illi loquuntur, altiuſque auribus eius acclamant Heu quàm lamentabilis eſt Petri caſus! Optimè dicitur à D. Chryſoſt. *Crudelis & grauis caſus.* CHRYS. *Hom. 1. de pæ. cit.*

## §. 21. Conuerſus Dominus reſpexit Petrum: *Tertium declaratur qualiter Petrus in ſe reuerſus ſit ex ſecundo galli cantu, & conſpectu Domini illum intuentis.*

POrro cœlorum Domine, pater piiſſime, cœleſtiſque Redemptor, an ergo Petrus Apoſtolus tuus eſt periturus? An de te Satan triumphum eſt relaturus? Numquid diabolus diuinas tuas euertet diſpoſitiones quibus illum in gregis tui paſtorem nominaſti vniuerſalem? Numquid grex tuus paſtore priuabitur? Hoccine patieris vt diabolus ſe iactet, quòd illud mutauerit, quod prius ordinaueras, & gloriari ac buccinare poſſit, quòd tuas tranſuerterit reſolutiones, quibus decreuiſti, vt Petrus petra foret Eccleſiæ tuæ fundamentalis? O Paſtor diuiniſſime; ecce diabolus lupus ille tartareus arietem de grege tuo tollit anteſignanum. Si Dauid quàm primùm vidit à leone ſeu lupo de grege ſuo diripi ouem, ilico fuerit illos inſecutus, atque ex dentibus prædam euulſerit, nulla permittet ratio, vt te permittente tollat lupus ille ducem ſeu arietem gregis tui præcurſorem. Iam vnam ex electis tuis ouibus ſuſtulit, Iudam ſcilicet, cuius ruinam tantopere doluiſti: etenim illa fuit, quæ tibi mortalem illam peperit triſtitiam, quam in horto demonſtraſti: ne quæſo, patiaris vt rapiat, & alteram. Tu ipſe paſſioni tuæ iam vicinus, mortique te cernens modò proximum commendans Patri tuo æterno tanquam paſtor primarius oues ab eo tibi traditas, illi vt verax aſſeruiſti, quòd eas taliter conſeruaſſes vt nec vna quidem tibi eſſet erepta, & maiori longè ſolicitudine eas cuſtodiſſes quàm Iacob illas quas Laban illi cuſtodiendas mandauerat: reddens etenim earum rationem, ait illi, quòd omnes illi remitteret nec vna quidem de numero deeſſet, quam vel lupus, vel Leo, vel fera peſſima deuoraſſet: *Viginti annis fui tecum: oues tua ſteriles non fuerunt &c. nec captum à beſtia oſtendi tibi.* Sic etiam ipſe loquitur: *Pater ſancte quos dediſti mihi, cuſtodiui, & nemo ex iis periit niſi filius perditionis.* Et addit Euangeliſta, quòd ad confirmationem illius verbi, etiam quando iam actualiter ſeipſum manibus tradebas inimicorum, iiſdem præcepiſti, vt ſe ipſo

Chriſti cura erga oues ſuas ſuas conuenit (?).

Gen. 31. 38.

Ioan. 17. 12.

capto

capto liberos dimitterent diſcipulos ſuos: *Si ergo me quæritis, ſinite hos abire.* Quare dixit hoc? Duabus de cauſis.

Ioan. 18. 8.

II. Quo ſenſu hæc Chriſtus verba dixerit.

Primam aſſert D. Cyrill. Alexand. vt ſe nimirum oſtenderet legitimum verumque Redemptorem: ipſe etenim ſolus noſtram operari volebat redemptionem nemine aſſumpto in ſocium aut ſubſidium: iam enim præmiſerat apud Iſaiam: *Torcular calcaui ſolus & de Gentibus non eſt vir mecum.* Et ſententia quam Deus ore protulit impyſſimi Pontificis Caiphæ aliud non dixit, quam: *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Secundam rationem ipſe notat Euangeliſta, eam, ſcilicet: vt ſe vigilem & anxium oſtenderet Paſtorem, qui tantam gerebat ouium ſuarum curam, vt nullatenus pateretur vel vnam perire, ſeipſum pro illis in mortem tradens voluntariè: *Vt ſermo Ieſu impleretur, quem dixit: Quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam.* Fuit autem verbum hoc tam efficax, tantoque protulit hoc imperio, vt non inueniamus, quòd toto paſſionis illius tempore diſcipulus aliquis in ius vocatus fuerit, vel gehennæ ſubiectus, neque illos Iudæi quæſierint capiendos: illud etenim videbatur euenturum attento curſu ordinario: nam capto vno, qui caput habetur coniurationis, ilico requiruntur omnes ei confœderati: nec hoc ſolum, ſed D. Ioan. liberè circa Dominum vagabatur, eratq; in domo Pontificis, ceteriſque locis, vſque ad pedem Crucis, nec conſtat, quòd ei quiſquam vel minimum de hac re verbum obiecerit: ſed nec inuenio quòd D. Petr. moleſtiam aliquam intulerint graueſque fuerint, in domo Pontificis conuerſanti, vel minas intentarint imo potiùs adeo liberum ſolutumq; paſſi ſunt, vt illa excedere potuerit, quandocumque voluerit. Miraculum ſtupete ſingulare, in quo diuini verbi pateſcit efficacia. Cum igitur ô Domine tantam vſque modo ſolicitudinem diſcipulorum tuorum teſtatus ſis, an nunc ea tibi deficiet erga ouē tuam primariam? Num dixero te tot tormentis, & ignominiis vexatum huius abieciſſe memoriam? O Dei miſericordia! O bonitas infinita? *Et conuerſus Dominus reſpexit Petrum, & recordatus eſt Petrus verbi Domini quod dixerat: Priuſquam gallus cantet, ter me negabis, & egreſſus Petrus foras fleuit amarè.*

53 Expendunt SS. Patres nominatim D. Chryſ. quod quamuis omnes Euangeliſtæ hanc ſumma veritate narrent hiſtoriam, tamen D. Marcus diſcipulus D. Petri peculiaris huius Euangelij ex præcepto eiuſdem conſcriptor, atque ab eo ſingulariter inſtructus, illam diſtinctiùs enarrat:

D. Chr. Hom. 82. in Matth.

III. Marcus

*Marcus ſolus explicitè explicauit, hac ab ipſo Ma-giſtro didicit: diſcipulus enim Petri fuit.* Refert hic Euangeliſta quòd dum D. Petrus promiſſa illa adeo conſtanter, multipliciter, totieſq; Domino adiuraret fidelitatis incorruptæ, Dominus illi vltimò confirmârit: *Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priuſquam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus.* Verba ſingula ſuam produnt emphaſim. Primo: loquitur illi cum iuramento caſum futurum confirmans: *Amen dico tibi.* Eius ſolum verbū ipſis cœlis terraq; certius eſt, & quando huic addit iuſiurandum, hoc eſt, interprete D. Paulo, clam confirmare quam ſit veritatem, & ſecuritatem infallibilem. Tibi dico: *Tu*, tu ipſe qui buccis te iactas concrepantibus: non abhinc mille annis, ſed *Hodie*: & non ad finem diei; ſed in nocte hac, & non ad finem eius, ſed: *Priuſquam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus*: itaque quantumuis gallus cantet matutinus, tu multò feſtinior me eris negaturus. Quale contemplor hic myſterium? Gallicantus bis de nocte percipitur: primò & magis ordinariè auditur ad mediam noctem; ſecundo & magis celebris ille eſt, quem ſcriptores abſolutè dicunt Gallicinium, vt alter effatus eſt: *Noctis gallicinio venit quidam iuuenis ex proxima ciuitate.* Hora eſt noctis, quæ militum more diſtincta vocatur: *Circa quartam vigiliam noctis,* nempe paulo ante auroram, quando Luciferantur: ſicut enim ille ſolem in cœlo præcurrit, ſic & illum in terra Gallus antecurrit, ita Poeta ſatyricus cecinit.

*Quod tamen ad cantum facit ille ſecundum,* [illegible]

Ea phraſi loqueris famulis tuis: aſſurgite, [illegible] galli cantant.

Tres Euangeliſtæ D. Matthæus D. Luc. D. Ioannes intelligunt per galli cantum, ſecundam vicem cantus; hic enim notior eſt, dicuntque quòd ante hunc Petrus tertiò negauerit, & ſecundum hoc tempus non exprimunt quando Petrus negare cœperit. Verum D. Marcus hoc notat, ſingillatim hiſtoriam enarrans, hoc ſcilicet modo, quod Petro ingreſſo domum Pontificis, ſtatim ad introitum interrogauerit eum ancilla oſtiaria, num eſſet diſcipulus Chriſti, cui reſpondit: *Neque ſcio, neque noui quid dicas*, & metu perculſus foras egreſſus eſt in atrium, & continuo gallus cantauit: *Et exiit foras ante atrium, & gallus cantauit.* Hic fuit primus galli cantus ad mediam noctem, vel paulo ſeriùs, ea ſcilicet hora in qua Chriſtus captus fuit & oblatus ſummo Sacerdoti totique concilio: ſtatim itaque cœpit Petrus negare ante mediam noctem. Hæ-

ſe

fit ibi & ſubſecuta eſt ſecunda negatio cum iuramento cum adſtaret igni cum miniſtris circa primam vel ſecundam poſt mediam noctem; tertia negatio tandem fuit exinde poſt horam, *& interuallo facto quaſi vnius horæ*, inquit D. Luc. hoc eſſet inter tertiam & quartam noctis horam ante auroram, fuitque ceteris grauiſſima, multiplicando iuramenta, execrationes & anathematiſmos: & hac finita, vel adhuc & inhærēdo: *Adhuc illo loquente*: ſcribit D. Lucas, ſecundò cantauit gallus, vt narrat D. Marcus: & tunc duo ſibi coniuncta ſunt, cantus galli, & intuitus Domini in Petrum, quo in ſe reuerſus, eius recordatus eſt quod illi Dominus futurum prædixerat, & inde egreſſus fletui ſe totum dedit & lamentationibus. Hic galli cantus, qui Petrum ad ſe reuocauit deſcribitur à D. Marco: *Statim iterum gallus cantauit, & recordatus eſt Petrus verbi quod dixerat ei Ieſus: Priuſquam gallus cantet bis, ter me negabis.* Domini verò conſpectum eodem tempore profert D. Lucas. *Continuò illo loquente gallus cantauit: & conuerſus Dominus reſpexit Petrum; & recordatus eſt Petrus verbi Domini &c.*

Marc.14. 72.

Luc.22. 61.

V. Inſigne venerór hic myſterium cum D. Chryſ. ſi verba illa D. Lucæ perſcrutemur. Cantauit primò gallus, audiuitque illum Petrus nec in ſe pœnitens factus reuertitur: quia galli tantummodo cantus fuit: attamen ſecundo ſui memor fuit, & quaſi de profundo euigilans ſomno, in ſe cum prodigio reuertitur. In ſe reuerſus: quia ad galli cantum, qui voces auribus intonabat, ſe coniunxit efficax Saluatoris oculus, qui cordis eius intima penetrauit. Dicat hoc Chryſoſt. *Nec lapſum ipſum ipſe antea ſenſit, vt Lucas dicit, quam in eum Chriſtus reſpexit. Ita non ſolum negauit, ſed etiam quamuis gallus cantaſſet, caſum ſuũ tamen à ſeipſo non ſenſit, ſed magiſtri admonitione indiguit.* Per hoc oſtendens quod docet D. Greg. parũ referre, ſi omnes galli id eſt prædicatores foris ad aures ſuâ doctrina verbiſque cantent, niſi Dominus intus operetur, loquatur & cor illuminet, luce diuina oculorum ſuorum cœleſtium: & hic impletum cernimus, auctore D. Auguſt. Dauidis oraculum: *Niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant, eam* vt ſuperius annotauimus.

Chrys. hom. 83. in Matth.

Ioan.3.

Iob.10.

Psal.126.

Ad hanc igitur horam poſt gallicinium adfuit illi Dominus: hæcque eadem eſt, quâ iam alia occaſione miſericors illi ſubuenerat, manumque porrexerat ad ima demergenti, timore nimio proſtrato ob decumanos in ſe fluctus irruentes ex ventorum turbinibus exortos, quod contigit: *circa quartam vigiliam noctis*; quæ eadem eſt in qua gallus ante auroram cantat: etenim non incaſſum illam tunc indicauit Marcus Euangeliſta huic reſpondentem quam modo refert: *Conuerſus Dominus reſpexit Petrum.* Hic iam ad tertium accedimus, quo declaremus D. Petri remedium, eiuſque principium: *Conuerſus Dominus reſpexit Petrum.* Dominus eſt, qui principium dedit conuerſioni D. Petri: ipſe etenim eſt, de quo manare debet noſtræ iuſtificationis initium: & niſi appoſuerit ille manus, tota non ſufficiet natura, nec quidem vt illam tibi ſuggerat in cogitatione faciatque te in te reuerti peccati pœnitentem; *Conuerſus Dominus.*

Marc.6. 48.

## §. 22. Reſpexit Petrum. *Reſpexit Dominus Petrum ſpiritualiter & corporaliter, operatus eſt id quod ſol in luna paſſa Eclipſim, & ænigma à Salomone propoſitum.*

RESPEXIT *Dominus Petrum* Difficultas hic oritur, qua ratione potuerit hoc fieri, vt conuerſus Dominus Petrum reſpiceret, cum Petrus eſſet in atrio palatij, Chriſtus autem in Conſiſtorio Principum & Sacerdotum. Hanc 54

trutinans D. Aug. opinatus eſt conſpectum non corporalem fuiſſe ſed ſpiritualē virtute quadam diuina ad cor & intima D. Petri, eo ſenſu quo Dauid Dominum deprecatus eſt: *Reſpice in me & miſerere mei.* Sic igitur D. Aug. *Dominus Ieſus intrauerat & Petrus foris ſedens ad focum &c. id eoque quod ſcriptum eſt: Reſpexit Dominus, intus actum eſt, in mente actum eſt, in voluntate actum eſt. Miſericordia Domini latenter ſubuenit, cor tetigit, memoriam reuocauit, interiori gratia ſua viſitauit Petrum, interioris hominis vſque ad exteriores lacrymas mouit & perduxit affectum.* Hunc eundem ſenſum proſecutus eſt idem doctor expendens quod oculos in Petrum Dominus retorſerit, quos ab illo reflexerat, ab eo manum ſuam diuinam ſubtrahens, quando lapſus eſt: verbis illis innixus quæ Petrus cum Dauide dicere potuit, vt ante declarauimus: *Ego dixi in abundantia mea &c. Auertiſti faciem tuam à me &c. Auertit ab illo faciem Dominus & factus eſt conturbatus: ita vt eum, mori pro illo metuens, ter negauerit, ſed rurſus cõuertit ad eum faciem ſuam Dominus, & culpam lacrymis diluit. Quid eſt enim Reſpexit Dominus Petrum niſi faciem ſuam quam paululum ab illo euerterat, reuocauit ad eum?* Imo ſic communiter loquimur: conuertit potentior oculos ſuos ad pauperem, non quod illũ oculis aſpiciat corporis, ſed quia ſtatuit illi

D. Aug. L. 3. de Conſ. Euang. c. 6. & l. 1. de grat. Chriſti cont. Pelag. & Cæle. cap. 48. Tom. 4.

Pſ. 24. 16.

I. Quid ſit oculos ſuos in aliquem conuertere.

D. Aug. de Correp. & grat. c. 9. Tom. 7.

ſuccurrere, externæ eius opitulando neceſſitati. Idem aſſerit D. Leo Pontifex: *Illis turbarum diſcipulum conuenies oculis, quibus eum prauiderat eſſe turbandum, & in illum conuerſa eſt veritatis inſpectio, vbi erat cordis facienda correctio.* Et ſic eſſe in rei veritate credimus, vt dicunt illi Sancti: porro dico & ego hoc eſſe quod cum hoc eſſe potuit, & fuit, quod eum etiam corporalibus oculis reſpexerit: quamuis enim ſummus Pontifex Caiphas totumq; concilium Christum longo quidem ſpatio in conſiſtorio ſuo detinuerant, multas illi proponentes interrogationes, varijs eum proſcindentes contumelijs, alapas ei impingentes, ſputis faciem eius polluentes, capillos capitis barbæque vellentes, quæ omnia referunt Euangeliſtæ, & tandem eum mortis reum acclamârant; poſtmodum tamen illis ad quietem recedentibus, manibus eum tradiderunt miniſtrorum, & ferocium apparitorum, vt eum immanibus exercerent tunderentque cruciatibus. Hinc traxerunt eum de loco vno ad alterum, tormentis illum fatigantes varijs & ignominioſis, relatis ab Euangeliſtis & grauioribus tantum commemoratis: atque in aliqua harum occaſione contigerit oportet quòd Chriſtus miniſtros crudeles tranſiens, vbi Petrus medius adſtabat, oculos ſuos diuinos in illum reflexerit, cumque ſit intuitus: hoc etenim ſignat D. Chryſoſt. immenſam admiratus Dei miſericordiam: *Tu autem admirare Magiſtri curã, & diligentiam, quod & captus & ligatus diſcipulo conſulit intuitu ſuo iacentem excitans, & ad lacrymas mouens.* Hic iure dicito, reſpicere plus quid eſſe quàm loqui: quia viſu illo cor eius penetrauit, fuerũtq; oculi Saluatoris quidã ſoles, qui conuerſi ad Petrũ tales emiſerunt lucis radios, vt tenebras eius illuminârint, factumq; eſt vt verbi illius recordaretur quod Dominus illi vaticinans prædixerat.

D. Leo orat. 3. & 9. de Paſſione Domini.

II. Chriſtus Petrum etiam corporaliter reſpexit.

D. Chrysost. Hom. 82. in Ioan. Tom. 3.

Appoſitè prophetia impletur hic antiqua de Iacob: etenim inter alia hoc oraculum de Chriſto vates indicauit: *Oculi eius vino pulchriores.* Nihil efficacius vt cor deliquio languens ad priſtinas reuocetur vires, quàm vini hauſtus, ipſo Dauid teſte: *Vinum lætificat cor hominis.* Hoc ſubſidio aduenit Petro Dominus. *Oculi Domini præbent fortitudinem* dixit S. Propheta Hanani Regi Aſa. O contuitus linguę cunctis mundi linguis eloquentiſſimis multo facundiores! O oculi manibus omnibus brachijſque Seraphinorum efficaciores! De Caradrione refert Epiphanius quod dixit Ælianus: auis eſt candidiſſima, oculos habet adeo prodigioſos vt illos ſolummodo contorqueus erga morbo languentem, quantumlibet extra ſpem omnem videatur ſalutis, detineret: & certificet in priſtinam reſtituendum continuò valetudinem: ſicut moriturum comprobat, à quo oculos ſuos deflectit. Multò potentiores ſunt oculi Chriſti, cœleſtis auis: etenim Caradion ſalutem non impertit intuendo, Chriſtus vero ſic: hoc namque per Dauidem intelligimus: *Deus tu conuerſus viuificabis nos,* & declarauit D. Ioan. in Apocalypſi ſua quando vidit agnum, licet quaſi mortuum tamen ſeptioculum: *Qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei miſſi in omnem terram.* Spiritus Dei ille eſt, qui tribuit vitam, vt autem hoc ſignificaret quando eum voluit homini infundere, dicit: *Spirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentẽ.* Et hoc Dauid cecinit: *Auferes ſpiritum eorum, & deficient* &c. Agni oculi ſpiritus ſunt viuificantes, animæ vitam inſpirantes ſuper quam firmantur, quod ita in Petro cõtigiſſe credimus. Quàm erat hic mortuus? quàm turpiter lapſus? quàm omnes expertationis? quàm nec illius memor, cuius videbatur impoſſibile tam breui ſpatio excidiſſe memoriam? ſatis liquidò conſtat, quàm omnis expers eſſet vitæ: cum nec tam graui negatione, nec vehementiori gallicantu illi ad memoriam recurrerit, quod impoſſibile videbatur illi excidiſſe: & oculos ſuos diuinos ille agnus ad illũ conuertens, cordi illius ſpiritum infudit & vitam, quo factum eſt, vt in ſe reuerteretur, ſe moueret, illi memoria excitaretur, voluntas accenderetur, idque illi contingeret quod Lunæ, dum eam ſol intuetur, quod expendit D. Aug. illud Salomônis explicans. *Homo ſanctus in ſapientia manet nam ſtultus vt luna mutatur.* Sicut enim obſcuratur dum à ſolis ſeparatur aſpectu, quo tota tenebroſa triſtiſq; eclipſatur: ita dum eam denuo ſol intuetur, adeo clara redditur & apparet formoſa vt omnium ad ſe rapiat oculos. Hoc applica D. Petro. Quàm obſcurus fuit & tenebroſus ſe à diuino illo ſole ſeparans? Imo & eius verba hoc indicabant, quando confirmabat, & repetebat, imo & iurabat: *Non noui illum.* Optimè loqueris, Petre: quòd illum non cognoſcas: tantas pateris in corde tuo tenebras, deſunt tibi lucis illius radij, ſine quibus omnia noctis tenebris inuoluuntur. Porro ſol ille denuo conuerſus ad lunam, illam illuſtrat, redditque fulgentiſſimam. Quam excitatam habuit memoriam ppromiſſorum ſuorum, verborumque Saluatoris? Claram illi tribuit cognitionem, & dolorem de peccatis ſuis adeo vehementem, vt oculos eius fontes dixeris eſſe lacrymarum.

*Gen. 49. 12.

III. Vis oculorum Chriſti.

Pſ. 103. 15.

2. Paralip. 16. 9.

In Phiſiologo c. 23.

Lc. 11. 22.

Hic ad ſoliditatem exponitur illud ænigma Spiritus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tes S. ore propoſitum Salŏmonis. Quis ille vir marcidus deficiens virtute, & ad extremam redadus paupertatem quem Dominus ſolo oculorũ ſuorũ intuitu erexit ab humilitate ſua, in quam lapſus fuerat, eius caput extulit quod dereĉtum erat, multos rapiens in admirationem, atque ad

Eccl. 11. 12. Dei laudes celebrandum excitans? *Eſt homo marcidus egens recuperatione plus deficiens virtute & abundans paupertate: & oculus Dei reſpexit illum in bono & erexit eum ab humilitate ipſius, & exaltauit caput eius. & mirati ſunt in illo multi, & honorauerunt Deum.* Mirare hic illum melius quàm oleo depictum in D. Petro *Homo marcidus* hominem ſignat languidum, contractum, eneruum viribuſque deſtitutum: *Egens recuperatione.* quia dilabitur in ſui ruinã, vt ouis errabunda per præcipitia: *Plus deficiens virtute.* Cum virtus illa deficeret quam promiſſis ſuis oſtentabat animoſionbus: *Abundans paupertate*: Quandoquidem diuitiarum gratiæ Dei paſſus ſit triſte naufragium. Aſpexit illũ Deus miſericorditer, firmans in illum oculos ſuos efficaces: *Oculus Dei reſpexit illum in bono.* Conſidera illum quam velociter ſe ab illa proripiat domo in qua peccauit, animo feruentiori, quàm quã ſe deiecerat in culpam, quo veniam criminis obtinuit, elatuſque fuit vt caput fieret Eccleſiæ. O quanta nobis hinc admiratio, quantã Deo gratias agendi materia, quanta ratio diuinam eius extollendi miſericordiam, diuinam gratiam eiuſque vires prædicandi: *Mirati ſunt multi, & honorauerunt Deum.*

§. 23. Recordatus eſt Petrus, &c. *Erat Petrus ita obliuioſus, qualem illum deſcribit Spiritus S. in nauclero vi tempeſtatis deiecto.*

Petri nunc attende remedium. Christus inchoat, & ſequitur Petrus gratia illius donoque confortatus. Primò: Chriſtus reſpexit Petrum quo motum eſt cor eius efficaciter, & recordatur Petrus verborum Chriſti. *Et recordatus*

I. Energia verbi Recordatus. *eſt Petrus &c.* inſigne complectuntur hæc verba myſterium, *Recordatus eſt Petrus.* Vt ſapio, vtuntur Euangeliſtæ hoc verbo, formam ſpectantes quam ante prælibauimus in qua nobis deſcribit Salomon peccatorem extra ſpem ſalutis conſtitutum, vt illud notat Moralis Doctor D. Greg. ex quo hoc ſumpſit Venera. Beda: *Et eris quaſi dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo, & dices. Verberauerunt me, ſed non dolui: traxerunt me, & ego non ſenſi.* Quaſis eſt obſecro nauclerus nauiſq; director, quando medio mari, tempeſtate nimis horrenda iactatus & proſtratus corruit quaſi lethargicus, cui clauus de

Prou. 23. 34.

manibus excidit, cui nauim venti quaquauerſum rapiunt, nec ad illam aduertit, quam fluctus vndæq; percutiunt, ſatis robuſtæ, vt illam in fruſta diſcerpant, & nihil horum ſentit. Ad ſcopulus nauis illiditur, vt iam non niſi mergenda timeatur. Si tunc quiſpiam illum apprehenderet, & altiùs ad aures illi vociferaretur, ſic vt ſui recordaretur, quàm attonitus aſſurgeret, periculum ſibi conſpicatus imminens ſubmerſionis, nauim laceram atque conuulſam? Heu æterne Deus, in quod delapſus ſum infortunium? fierini poteſt, vt ad hanc paſſus ſim me trahi perditionem?

O maxime nauis Eccleſiæ Petre gubernator, heu qualem te conſpicio in medio pelagi Iudaici populi, ſæuiùs turbati quàm vnquam quis viderit orbis Oceanum. *Erat Petrus in medio eorum*, ait D. Lucas. Obdormiuit ſpiritus tuus timore metuq; proſtratus, quo clauum ſoluiſti rationis & fidelitatis alij magiſtro ſeruãdæ. Quàm dirè illũ venti diſtrahunt in tranſuerſum, quàm fortiter impugnant illum turbines ex ore illorum à quibus hinc ab vno illinc ab altero interrogatur & premitur: vtrum hominis illius ſit ipſe diſcipulus? quos ictus ex verbis illorum non patitur, qualiter in omnem trahitur partem, donec tandem in præcipitium demergatur negationis adeo profundæ cum iuramentis diriſque imprecationibus: Hic hæret inſenſibilis, nec damni ſui memor, & perditionis obliuioſus, vt homo ſomno oppreſſus profundo nimis & lethargico. Luc. 22. 55.

Hac opportunè tempeſtate Deus oculis ſuis diuinis fauorem ſuæ manus exhibeat potentiſſimæ, qui rapiat illi cor, talique percutiat impulſu, vt ſui memor euigilet: *Et recordatus eſt Petrus* velut is qui ex profundo expergiſcitur ſomno, recordatus verbi Magiſtri ſui, & eius quod illi tam conſtanter promiſerat: intimè cognoſcit peccatum à ſe commiſſum, conſiderat qualiter ambulauerit, expendit quantam percurrerit terram breui temporis interuallo in tantum animæ ſuæ diſpendium: ſe luget viuæ culpæ vt ſcopulis illiſum, tantoque periculo expoſitum; vt iam illi nullum humanum ſuperſit ſaluando remedium, nec præſtare poſſunt omnes licet in vnum homines conueniant: quid homines dico? Conſpirent omnes Angeli, cunctæque creaturæ, nihil efficient. Hæret attonitus, ſtupefactus, timore concuſſus, & hoc agit, quod, ſicut ille, cui nauis vi tempeſtatis confracta diffringitur in partes, mortalibus procurat anxietatibus apprehendere ſibi tabulam qua ſaluus naufragium euadat; ſic ille tabulam apprehendit pœnitentiæ, quam D. Hieron. (Ex quo hoc ſumpſit S. Theologia) vocat:

II. Petri converſio luctuſque diſcribitur.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. Hier. l. 5. in Ezech. in c. 16. & epiſt. 8. ad Demetria.

vocat: *Secundam poſt naufragium tabulam*: atque ad hoc ipſo momento ſecedit de medio turbæ illius, perditionis ſuæ occaſione atque de palatio, quod locus fuerat in quo deliquerat, imo & de ciuitate, ſuumq; incipit planctum cum ſuſpiriis de corde feruentioribus, cum lamentationibus linguæ ſuæ triſtioribus, cum lacrymis ex oculis vberioribus, pectus ſuum acriùs percutiens, & quaſi manum ſuam in ſeipſum vindex iniuriæ retorquens in hæc verba mœſtiſſimus prorumpit. Heu me miſerum! heu me amicum proditorem! heu filium ingratum! heu fictum diſcipulum! heu infamem Apoſtolum! heu canos capitis ignominioſos! heu pudendam ſenectutem! heu annos infelices! heu linguam ſacrilegam! Et quis mihi det poteſtatem iuſtam de te ſumendi vindictam? O cœli ſanctiſſimi quomodo nō igneos contra me radios euibraſtis? O terra qua ratione ſinum tuum non aperuiſti! O mi Magiſter amantiſſime quàm inſidam tibi ſeruaui amicitiam? quàm peruersè tibi correſpondi? Et quomodo poſt hæc audebo coram te leuare faciem meam rubore confuſam? Quæ tantam potuit pietas perferre proditionem? Quæ tantæ patientia fuit ingratitudini? Quid Pater tuus æternus dicturus, qui dono prorſus eminenti diuinam mihi conceſſit lucem quâ te cognoſcerem, teque confiterer? Quid ſpiritus tuus cœleſtis, qui ad tantam me ſuſtulit gratiam, & inſpirauit vt manifeſtarem quiſnam tu eſſes, tuæque perſonæ dignitatem? Quid obiicient Angeli teſtes beneficiorum donorumque ineffabilium quibus me cumulaſti? Quid mei condiſcipuli, qui præſentes viderunt quantum me reliquis prætuliſti, meaque audierunt promiſſa illis tantopere iniurioſa? Porro Domine mi, & æterna ſapientia, à longè meas intuitus es offenſas grauiſſimas: cum ſic in particulari me docueris vt non ſolum ignoſcerem, offenſori meo ſepties, ſed ſeptuagies ſepties; ſepties, quatenus in hac occaſione, ſicut memini quoties te negauerim ex infirmitate lapſus, etiam recorder illius numeri ſeptuagies ſepties & infinities, quibus tua parcet miſericordia ad illam contrito confugienti.

§. 24. Et egreſſus Petrus foras, fleuit amare. *Illa lacrymæ veriùs fluunt de oculis Chriſti, quam Petri, qui creant in illo Arcturum & Oriona.*

57 HOc igitur modo verē aggreſſus eſt Petrus pœnitentiam, eamq; adeo fortē, vt viſcera ſua comprimens viuo & efficaci dolore ſolueret habenas lacrymis, & oculis munere fontes cœpit eas effundere copioſiores. *Egreſſus Petrus foras fleuit amare.* O ſanctæ lacrymæ ſordium lauandis ſordidioribus, & fœtidiſſimis animæ maculis efficaciſſimum: quamuis enim vos videam ex oculis Petri dimanantes, verumtamen vos orientes video de primo & originali profluentes, ex oculis inquam Saluatoris, quos ſuper oculos fixit Petri. Nemo ſatis admiratur eas quas de petra pleno gurgite ſcaturientes: porro in ea vires nonfuerant, vt in interiori eius denſiſſimo fons emanaret adeo copioſus, ſi virga illa myſtica ſuper eam non caderet, cuius ictus, licet taciti, tamen ita fuerunt efficaces, vt molleſcerent eius duritiem, interiora eius conuerterint in flumina aquarum vberrima. De quibus ſic pſalle David: *Qui conuertit petram in ſtagna aquarum & rupem in fontes aquarum.* O piiſſimè Petre quàm appoſitè tibi Magiſter tuus petræ nomen indidit: etenim hodie inſtar petræ præfrigore timore pertinax obduruiſti: porro ſuper te reſedit viſus eius potentioris: hæc tua emolliuit cordis intima, tuum illuminauit intellectū, tuam excitauit memoriam, tuam denique voluntatem inflammauit. Hic eſt fons ille tuarum lacrymarū originalis: illas etenim, quæ ex vera procedunt animi contritione, & virtute pollent abluendi criminibus tota non poteſt creata conferre natura. Effectus ſunt oculorum Dei, qui piiſſima ſuâ miſericordia ſe conuertit cum oculis diuinæ ſuæ gratiæ animam eius intuiturus.

Non omnes lacrymæ tales ſunt: nam vt docet nos D. Paulus plures effudit Eſau quibus primogenituram præreptam à Iacob ſibi recuperaret, quam ſacrilegè lentis edulio vendiderat, nec tamen illi profuerunt. Copioſæ pariter fuerunt quas impius effudit Rex Antiochus, & licet plorando moreretur nullum ex his ſibi lucrum reportauit: & credo ſimiliter non modicas fudiſſe proditoris Iudæ lacrymas, cuius tanta fuit pœnitentia, vt tolerabiliùs iudicaret ſibi vitam adimere, quàm tali pœna coanguſtatum ſuperuiuere, quam in corde ſuo propria ipſius cauſabat culpa proditionis: verumtamen nihil illi profuerunt: quare? quia non profluxerunt ex intuitu Domini ad cuius oculos lucemque eius concluſi ſunt oculi, ne per ipſos lux illorum cœleſtis ingrederetur.

Magnus ille ſapiens Eliu cum Iob animoſè diſputauit circa opera potentiæ Dei præclariora, & illi quoddam propoſiturus magnam ab eo requirit attentionem. Auſculta Iob aureſque ambe, tibi namque dicturus ſum opus quod inter

terra Dei magnifica caput attollit: proinde animæ tuæ oculos explica illi capiendo neceſſarios: *Auſculta hæc Iob, ſta & conſidera mirabilia Dei.*

36. 14.

Quodnam eſt precor, illud opus adeo illuſtre & intellectu difficile? Noueris tu forſitan quænam illæ ſint pluuiæ, quæ profluunt ex ordine præſcriptoque Dei, quæ ſecum trahunt, manifeſtant & nubibus ſuis efficiunt arcum cœli ſplendidiſſimum & radijs vndequaque fulgentiſſimum? Hunc ego ſenſum autumo horum verborum: *Nunquid ſcis quando præcepit Deus pluuijs, vt oſtenderent lucem nubium eius?*

Ibid. 15. [illegible]

Arcus cœli aliud nihil eſt quàm lux quædam inter roſcidas nubes: dicunt enim philoſophi, quòd eas depingat tamque varijs pulchriſque efformet coloribus, qualibus eas conſpicimus. Pluuiam lacrymas ſemper interpretatus ſum: & ſicut non omnes pluuiæ ſecum trahunt arcum cœleſtem, nec ex omnibus hic nubibus efformatur quæ pluuias effundunt, ſic non omnes lacrymæ ſecum trahunt ſpem de remiſſione certiſſimam, quodque iam ira Dei ſit temperata ac mitigata. Quot pluuias in mundo conſpicimus? Quot lacrymas ex huius oculis effluentes, quia bona ſua perdidit, & illius quia filius illi mortuus eſt, & alterius quia proſpera deeſt illi valetudo? imo & eas in nonnullis qui peccata ſua deflent, non ea ratione, quâ deberent, ſed ob reſpectus quoſdam terrenos, vel damna temporalia? quamuis enim illæ lacrymæ malæ non ſint, attamen in ſe vires non habent, vt illas arcus cœli comitetur, indulgentiæ diuinæque gratiæ ſymbolum. Effectum hunc operantur pluuiæ lacrymarum, quæ naſcuntur & originem trahunt ex eo quod Deus cor illuminauerit, in eo efficaciter operando: quatenus agnoſcat peccatum, & in eo dolor oriatur viuus & efficax quia Deum offendit omnium optimum. Hæ ſunt, ita hæ ſunt illæ pluuiæ quæ declarant trahuntque ſecum arcum cœleſtem ſpei remiſſionis: quia vero dignoſcere non vales quando tales ſint, obſecra, vt oculos ſuos ſuper tuos benignè reflectat quibus eos illuminet, atque de illis velut de prima ſcaturigine, fiant & tui lacrymarum fontes: etenim illæ quæ taliter ſcaturiunt effectus ſunt oculorum Dei: quam ob cauſam ipſe locutus ad Iob ſe cognominat pluuiarum, guttarumque roris patrem quas nubes in terram depluunt:

Iob. 38. 28.

*Quis eſt pluuiæ pater? aut quis genuit ſtillas roris?* Supplex roga Deum, vt illam tibi largiatur; nam ſine eius opere, qui eſt earum pater, in tuis non naſcentur oculis.

Magnificè extollit propheta Amos Dei poteſtatem dicens eam adeo inſignem ac præpotentem vt Acturum & Oriona creet, ipſeque ſit, qui vocat aquas maris, illiſque terram inebriat, quibus ei virtus confertur herbas, fructuſque germinandi: *Facientem Arcturum & Orionem. Qui vocat aquas maris & effundit eas ſuper faciem terræ: Dominus nomen eſt eius.*

Amos 5. 8.
Iob. 9. 9.

III.
Arcturus & Orion quæ ſtellæ ſunt.

Tam inſigne eſt hoc opus, vt iam à mille annis Iob illud inter præcipua Dei opera annumerauerit: *Qui facit Arcturum & Orionem.* Arcturus & Orion nonnullæ ſtellæ ſunt, quibus vana Gentilitas hæc nomina adſcripſit (teſte D. Gregorio) ex quibuſdam fabulis per Heſiodum, Callimachum, Aratumque compoſitis: Arctus, inquit Heſiodus, filia fuit Regis Arcadiæ cui cum vim Iupiter intuliſſet eamq; violaſſet Dea Diana conuertit illam in vrſam & in cælum tranſlata traſmutata eſt in quaſdam ſtellas quas Aſtrologi cognominant Vrſam. Orion fuiſſe dicitur filius Iouis, magnus venator, & in armis tractandis expertus qui poſtmodum ob egregia ſtratagemata tranſlatus, vt fingunt in cælum; atque in ſtellas transformatus, quas nominant Aſtrologi Oriones. An ergo Spiritus S. hæc approbat commenta fabularum? Nequaquam (reſpondet D. Gregor. quod idem quaſi iiſdem verbis dixerat D. Hieron) ſed ijs vtitur nominibus, quibus & nos vti ſolemus, vt tantò clarius nobis id quod intendit, manifeſtet, nobis in noſtro vulgari loquens idiomate.

In c. 5. Amos.
D. Greg. l. 9. Mor. c. 6. & 7.

*Nequaquam ſermo veritatis vanas Heſiodi, Arati & Callimachi fabulas ſequitur, at Arcturum nominans, extremam ſtellarum ſeptem caudam vrſæ ſuſpiceris, & quaſi Orion gladium teneat amator inſanus. Hæc quippe aſtrorum nomina à cultoribus ſapientiæ carnalis inuenta ſunt, ſed Scriptura ſacra eiſdem vocabulis vtitur, vt res quas inſinuare appetit notitiâ vſitata appellationis, exprimantur.* Quid igitur ſtellæ illæ ſingularis habent excellentiæ, quâ ceteris emineant? An non ſunt maioris notæque quantitatis ſol & luna ceterique planetæ? Non diffiteor: porro ſingulari quadam præſtant prærogatiua, quam ex profeſſo ponderant Aſtrologi & naturaliſtæ, nominatim autem Plinius: hæc ea eſt: quòd luce atque influxibus ſuis excitent tempeſtates, fulgura, tonitrua, nimbos & pluuias nec non ſiccitatem auferant & ardores, quibus terra reddebatur infœcunda, eiuſque ſuperficiem renouent, ac fœcundent, meſſemque ipſa proferat abundantiorem.

L. 2. c. 39. & L. 18. c. 28.

Quocirca Coryphæus Poëtarum inter Latinos canens de Arcturo ſic inquit. *Vnda imber & ignes.* Et Orionem modò vocat nimboſum, eo quod aquarum gurgites producat:

L. 1. Æneid. L. 11.
Æneid. L. 11.
Æneid.

 Nymboſus

*Nymboſus Orion* modò compellat aquoſum. *Aquoſus Orion.*

§ IV. Significant veram pœnitentiam.

Ea de cauſa ſtellæ iſtæ ſymbolum ſunt admirabile & proprium veræ pœnitentiæ & contritionis quæ operatur in intellectu, cœleſti illum luce illuminans quâ peccati cognoſcat grauitatem, & Dei bonitatem quem offendit, ſimiliter influit in voluntatem inclinans mouenſque illam ad amorem Dei, nec non odium & execrationem peccati, quod cauſa fuit quòd Deum offenderit & gratiam eius amiſerit: quibus excitantur & mouentur tonitrua, fulgura, tempeſtates, gemitus inquam triſtes, feruida ſuſpiria, corporis caſtigationes, abſtinentiæ ſeueræ pœnitentiæ, pluuiæ imbreſque lacrymarum abundantes & continui, quibus anima reſtauratur, & quæ prius erat arida nullo deuotionis ſucco madida, & exuſta, & arenæ ſimilis ex ardore nimio peccati: hoc etenim ignis eſt conſumens & vorax; ita renouetur fiatque alia, vt iam ſe non agnoſcat. Stellæ iſtæ opera ſunt potentiſſimæ manus Dei, & effectus conſpectus illius cœleſtis, quo conuerſus ad animam clemens illam intuetur. Et appoſitè loquuntur tam S. Iob, quàm propheta Amos locuti in præſenti. *Qui facit Arcturum & Orionem*: quia aliæ ſtellæ creatæ ſunt ab eo in exordio mundi: veruntamen illas ſemper producit; etenim illas quotidie creat in peccatoribus ad pœnitentiæ lamenta conuerſis. Illas incœpit producere in primæuis noſtris parentibus, illaſque ſemper in alijs produxit peccatoribus. O quàm ſtupendæ fuerunt illæ quas in pectore Dauidis procreauit, & quàm nimboſas tempeſtates pluuiaſque in illo concitarunt? *Laboraui in gemitu meo: lauabo per ſin-*

Pſal. 6. 7.

59 *gulas noctes lectum meum, lacrymis ſtratum meum rigabo.* Quales fuerunt illæ quas diuino ſuo verbo commouit in corde Magdalenæ? Quàm efficaces illæ quas in anima publicani peccatoris excitauit, qui ſibi pectora pœnitens gemenſque tundebat? Quales & illæ quas modo ſole diuinorum oculorum ſuorum ſuſcitat cietque in Petro peccatore? O quanta lux! O quàm clara culpæ ſuæ cognitio! O quàm diſtincta ſceleris ſui notitia, quod commiſit in eum cui tantopere obſtringebatur! O quæ tonitrua, quos gemitus, quæ mouet ſuſpiria! quos imbres adeo copioſos, quales pluuias tantæ tempeſtatis continuæ prouocat lacrymarum! quas cum nunc incipiat effundere, toto vitæ eius decurſu de oculis fluere non deſtiterunt, vt fontes inexhauſti! Opus hoc diuinum conſpectui adſcribe Saluatoris.

Declaret hoc amplius vates ex alio opere quod adiungit diuinæ omnipotentiæ ſingulare: *Qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ: Dominus nomen eſt eius.* S. Pagina vt ex[illegible] primat ſupremum Deo dominium, cui omnes creaturæ ſine rebellione obtemperant, dicit quòd eas vocet, etiam inſenſibiles: *vocauit ſonum ſuper terram &c.* Quando facit hoc Deus? quotidie, reſpondet D. Hieron. per pluuias. Iam ex Dauide intelleximus, Dei potentiam magnificante, ipſum eſſe qui nubes excitat quibus cœlum obuoluit, per quas pluuijs irrigat abundanter: *Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiam.* Pluuiæ defluunt & diſtillant ex nubibus; nubes autem vnde conglomerantur? & quis illas excitat? Deus eſt, qui illas de mari attollit: etiam in illud ardentiores ſolis contorquens radios, grauiores attollit ſurſum vapores quales vides ex olla igne feruenti in altum aſſurgere. O opus verè prodigioſum! quis huius auctor? Ille cui nomen eſt Dominus totius creaturæ abſolutus, qui omnia illa poteſt operari, quomodo vult, quando, & quidlibet: *Dominus nomen eius.* Quid hoc ſignificat? declarat nobis opus omnipotentiæ Dei proprium in iuſtificatione peccatoris. Factum eſt cor eius amarum per peccatum, quod optimè Moyſes deſcripſit; *Radix germinans fel & amaritudinem.* Reflectit Deus efficaces claroſque ſolis radios, diuinos intelligo ſuos oculos, quibus intellectum illuminat & accendit voluntatem, effectus ſunt hi ſolis huius diuini: illuminare & inflammare. Per hoc nubes commouet timoris, verecundiæ, pudoris, triſtitiæ & pœnitudinis, quæ ſurſum ad caput aſcendunt, & exinde naſcuntur pluuiæ lacrymarum fletuumque ſuper totam animæ regionem: vt tota illa gemat, ſuſpiret, lamentetur & ploret, tantâque lacrymæ proſiliant abundantiâ, vt eas plenis hydrijs effundere videatur: *Effundit eas.* Opus eſt hoc Deo particulare, quid idem efficit ei in quo & quomodo operari dignatur. *Dominus non eſt eius.*

Ex his liquidò patet peccatorum amentia, qui in ſceleribus ſuis hærent pertinaces, confidentes quòd ad horam mortis, vel quando voluerint, ad pœnitentiæ lacrymas recurrent, ſuaſque culpas mœſti deplorabunt. Inſigne ſanè deliramentum! Deus nec eſt ſpes, ſed præſumptio. Numquid tu [illegible] ſti, quòd Deus oculos ſuos ſuper tuos [illegible] volet, & opus hoc cœleſte perpetrare, quod eſt Dei meræ ſuæ gratiæ, liberoque eius beneplacito referendum? Valde vicinus erat illi Iudas, quandoquidem eum ſit oſculatus, & quamuis cum

Dominus

Dominus amicum appellauerit, numquid ſuper illem hos gratiæ ſuæ firmauit oculos, numquid conuerſus reſpexit illum, vt facti pœniteret? minimè gentium: ſed quamuis pœnituerit facinoris ploraueritque, ſuſtulit tamen eum prædam ſibi diabolus. Tam illi vicinus erat vnus latro atque alter, & oculos ſuos reflectere dignatus eſt in vnum, quem illuminauit atque in eius viſceribus creauit Arcturum & Orionem, vt diximus, & cras explicabimus: vnde copioſi profluxerunt lacrymarum imbres; alterum verò in peccatis ſuis deſeruit obfirmatum quo factum eſt vt eum cum aliis eius inimicis blaſphemijs & conuitiis irritaret. Ad Petrum ſuos conuertit oculos, ſoles illos diuinos, quibus nubes excitauit triſtitiæ & doloris quibus cor eius obuoluebatur: vnde lacrymæ dimanarunt abundantes ad animæ ſuæ reparationem. Fecit hoc quia voluit: fecit hoc, quia ſibi in illo complacuit: fecit hoc, quia miſericordiam illi præſtat cuius miſeretur, & quem vult emollit, vt gratiæ Dominus abſolutus. *Dominus nomen eſt eius.*

§. 25. Fleuit amarè. *Ecce qualiter Deus aquas vocet maris ſuper faſciculum ſuum, & time ne hoc in te non operetur, ſicut timuit Petrus de Simône Mago.*

10 QVantum ſapio non incongruè propoſito conuenit quod idem propheta Amos paulo inferius dixit repetens hoc idem, & non poſſum non admirari eius verba, & cœleſtem

I. Locus ex Amos citatus.

rætereà prophetiam: *Qui ædificat in cœlo aſcenſionem ſuam, & faſciculum ſuum ſuper terram fundauit, qui vocat aquas maris & effundit eas ſuper faciem terræ. Dominus nomen eſt eius.* Ipſe qui ædificauit in cœlo domum ſupremam & ſublimem (hoc etenim hęc verba ſignificant. *Qui ædificauit in cœlo aſcenſionem ſuam*) & fundauit faſciculum ſuum ſuper terram &c. Ædificauit primò Deus in cœlo Empyrio domum eminentem gloriæ ſuæ, electis ſuis in habitaculum, quod eſt regnum de quo Chriſtus aſſerit eſſe electis præparatum à conſtitutione mundi. Etiam in terra ſuam S. fundauit Eccleſiam, vt ex hac domo aſcenſus fieret ad alteram. Vocat illam maniopulum ſeu faſciſculum ſumptâ metaphora ab agricola, qui vineam plantare deſiderat: hic etenim faſciculum colligit ſarmentorum, illumque ſtagno immergit colligatum: vbi paulatim palmites illi radices producunt copioſos. Eo modo ſuos Dominus elegit Apoſtolos & diſcipulos tam paucos, vt numero ſignentur ſingulari, duodecim fuerunt Apoſtoli, & ſeptuaginta diſcipuli, qui futuri eſſent velut primæ plantæ; deinde ſubiungit, quod illos fundauerit ſuper terram: *Faſciculum ſuum ſuper terram fundauit*: quia licet pauci fuerint infirmi & pauperes, illos tamen tanta ſolidauit firmitate, vt illos tota non potuerit euertere mundi infernique potentia. Illos vt tales die quodam intuitus coram ſe ſic eos alloquitur: *Nolite timere puſillus grex: quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.* O puſille mi grex, ô faſciculè mi dilecte, nolite timere: etenim in vobis fundaui vineam quatenus ad domum regni cœlorum aſcendatis. Porro dum hæc diceret Propheta hunc intuens faſciſculum, vt video proponit illi Deus hunc D. Petri caſum: cum enim lapis eſſet fundamentalis diffringi videbatur & perdi duplicatis ſuis ac triplicatis negationibus, iuramentis aggrauatis, imo maledictionibus & execrationibus denuo repetitis: iam omnia in terram collabi videbantur. Collapſâ columna cui tota domus innititur, quid ſperandum niſi totius domus integerrima ruina caſuſque miſerandus? Caſus fuit hic columnæ illius maioris, inquit D. Aug. *Ecce columna firmiſſima ad vnius auræ impulſum tota contremuit. Proceſſit ſermo puellæ* (inquit idem) *& immobilis columna concuſſa eſt.*

Luc. 12. 32.

D. Aug. Tract. 113. in Ioann. Tom. 9 & ſerm. 124. de temp. Tom. 10.

Videtur Domine, quòd domus hæc quàm in mundo fundaſti, in terram proſtrata corruerit. Hinc apage, inquit Propheta: incognita tibi eſt Dei potentia, & aquarum vocatio quam ad oculum facit & manifeſtè: ſuos etenim reflectens oculos ad amare cordis Petri turbidum & amarum, nubes excitabit doloris, pudoris & verecundiæ, ex quibus tam copioſi profluent per oculos eius pluuiarum gurgites, vt illos quaſi plenis hydriis videatur effundere, quibus ſuperficies terræ eius arida reſtaurabitur: *Vocat aquas maris, effundit eas ſuper faciem terræ.* Superficies terræ illa erat quæ particulariter in Petro erat perdita: vt enim diximus, negare Dominum tantum fuit ſuperficialiter, exterius, verbiſque oris exterioribus: quamuis hoc ad animam vſque penetrauerit, quandoquidem illum gratiâ Dei priuauerit: porro peccatum eius ſolius fuit negationis exterioris. Porro Petrus hoc reparare debebat, eiuſque maculam lacrymarum aquis eluere. Has vocauit Deus ita copioſas, vt diximus. Opus hoc ſolius Dei eſt, eſt etenim gratiæ ſuæ Dominus, & cui vult illam impertit, & qua ratione vult: etenim miſericordiæ eius imputandum quod oculos ſuos ad Petrum conuerterit, &

II. Gratia Dei Deo eſt voluntaria.

non

non idcirco tibi illam temerariè promittas, qui toto vitæ tempore tuis inhoneſtis vacas leno voluptatibus, & tu qui continuò pauperum exſugis ſanguinem, & tu qui Deo tergum habes obuerſum, illum perfidus negas, ſi non verbis, certe operibus; etenim illa quæ in te conſpiciuntur, paganum magis redolent quàm Chriſtianum: nam hoc præſtat illis Deus, qui ſunt de faſciculo eius & ex eorum numero quos per meram ſuam elegit gratiam, & ab æterno in diuino ſuo conſilio prædeſtinauit. Tu tibi cane, & ſi quidem ex hoc actu Petri fiduciam elicias, quam prædiximus, cum tam facilem tanti peccati veniam impetrarit: inde etiam timorem collige ex eo quod ſi hanc obtinuit, ratio fuit quòd Dominus ex voluntatis ſuæ beneplacito oculos ſuos ſuper eum firmauerit: & neſcis verum illos ad te ſit conuerſurus ob tua grauiſſima ſcelera, vel abſcondita ſua iudicia, quibus diſponit de ſuorum faſciculo prædeſtinatorum: non enim tibi licitum eſt ea ſcrutari, ea velle perrimari.

Scripſit D. Ambroſ. duos illos præclariſſimos
61 libros de pœnitentia contra hæreticos Nouatianos, dicentes, nullam eſſe pœnitentiam, quæ ſufficeret Chriſtianis baptizatis, qui remiſſis ſibi in baptiſmate flagitiis, denuo ad illa labebantur; vt autem hunc errorem ſuum adſtruerent, verba proferebant quæ dixit D. Petrus Simoni Mago. Cernit incantator ille, quòd imponentibus Apoſtolis manus ſuas ſuper illos qui fidem Chriſti ſuſcipiebant, credebant, & baptiſmo intingebantur viſibiliter Spiritus S. deſcenderet in figura ignis: quo fiebat vt variis linguis loquerentur, miracula patrarent non leuia, & ſtupenda quælibet operarentur, iuxta Domini promiſſum ipſo die ſuæ in cœlos Aſcenſionis: *Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur* &c. Acceſſit igitur Simon ad Apoſtolos, in hæc verba. Ecce quam pecuniæ ſummam exigitis, vt mihi eandem conceſſatis, quam vos habetis poteſtatem, dum alicui manus im-
Act 8.18. ponitis: *Cum vidiſſet Simon, quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus S. obtulit eis pecuniam dicens. Date & mihi hanc poteſtatem, vt cuicumque impoſuero manus, accipiat Spiritum S.* O te maledictum, inquit D. Petrus, auferat te tuamque pecuniam diabolus: ſatis liquidò cordis tui patefacis iniquitatem: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem &c. cor enim tuum non eſt rectum coram Deo.* Hoc tibi conſilio vt ſeriam agas de hoc peccato pœnitentiam, Deumque ſupplex depreceris ſi forte huius tibi veniam clemens indulgeat: *Pœnitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum, ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.* Cor tuum conſidero ipſo felle amarius & iniquitatis obligatione fortiter irretitum: *In felle amaritudinis & obligatione iniquitatis video te eſſe.* Audis inquit hæreticus Nouatus quod ipſe D. Petrus in dubium reuocet, verum Simon veniam ſit ſceleris obtenturus etiam faciendo pœnitentiam: *Pœnitentiam age, ſi forte remittatur tibi &c.* Expendit D. Ambroſ. hæc verba vt tibi reſpondeat, & ait: Aduerbium hoc *forſitan*, licet verum ſit, quòd aliquando dubium indicet, vt quando dicis: forte erit hoc: alias dicitur ſignificando ſecuritatem, & hoc quidem apud prophanos auctores: ratione cuius quoſdam adducit verſus Homeri; porro frequentiùs eſt in SS. litteris, in quo ſenſu Dominus ait: *Si me ſciretis, forſitan & Patrem meum ſciretis.*

In verbis illis D. Petri ad Simonem Magum *Age pœnitentiam & roga Deum, ſi forte remittatur tibi &c.* eo ſenſu ſumitur, vt nullo modo dubitet Apoſtolus, quod ſi Magus debitam ageret pœnitentiam, quin illi Deus debitam veniam impertiret: *Nemo poterat dubitare de Chriſti munere, & multò minus Petrus, qui poteſtatem acceperat & claues.* Itaque Petrus non dubium mouit, quòd ſi Simon ad veræ pœnitentiæ lamenta recurreret, tam enormis licet peccator, indulgentiam conſequeretur: etenim extra dubium id eſt, & primum principium in materia de Sacramento pœnitentiæ: hoc autem Petrus vertit in dubium, verum eius pœnitentia vera foret aut ficta: quia probè cognoſcebat, quòd auaritiam pectori ſuo gereret inuiſceratam, quâ cruciabatur, & illam in eo habens, radicem habebat in eo plantatam omni felle amariorem: *In felle amaritudinis.* Similiter hoc vitium ita conſtrictum illum teneret & religatum, ſicut coluber dum truncum ſpiris ſuis circumplectitur: hoc verbis D. Ambroſ. interprete ſignificat. *In obligatione iniquitatis video te eſſe* q. d. Iniquitas cor tuum ligatum & religatum complectitur. Caſus autem hic eſt, quem D. Ambroſ. deſignat, quòd ille Simon fuerit ille quem referunt Euangeliſtæ, & D. Marcus appellat Scribam, qui die quodam ad Dominum acceſſit dicendo: Domine rogo in numerum me ſuſcipias diſcipulorum tuorum, vt tuas poſſim frequentare claſſes, & ſequi te quocunque ieris: *Magiſter, ſequar te quocunque ieris.* Cui ſic Chriſtus, amice, à ſcopo aberraſti: *Vulpes foueas habent & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput ſuum reclinet.* Quid hoc Domine

cælorum interrogant Sancti? Numquid omnes vocas, vt te ſequantur, eaque ratione te ſtatuis anteſignanum, dicendo; *Siquis vult venire poſt me &c.* Quomodo accendentem hunc, ſeque in tui ſequelam offerentem, repellis, partemque tecum denegas? Vidit, inquit, quòd cor eſſet illi plenum habendi cupiditate. Vt enim conſpexit à Domino datam ſuis diſcipulis poteſtatem faciendi miracula, quoſlibet curandi infirmos, ejciendi dæmones, hanc ſibi poteſtatem ambiuit, vt ex ea negotiaretur lucrumque ſibi referret quàm plurimum. Idcirco non illum admiſit Dominus, imo dixit, claſſem ſuam non eo fine aperiri, vt quis in ea diuitias ſibi conquireret in qua nec fumarium habebat nec domum, nec puluinar cui caput inclinaret. Hanc auaritiam quam Dominus tunc vidit in Simone Mago, videt nunc & arguit D. Petrus; quòd nempe talem vellet poteſtatem, vt cum imponeret alicui manus ſuas, deſcenderet ſuper eum Spiritus S. & multa talia patraret mirabilia, vt hoc medio immenſas ſibi diuitias auarus cumularet; non enim eſt auaritia vitium quod ſi cor alicuius occuper, illud de facili ſoluat liberum.

VI. Cor à Christo mutus.

VII. Deus eſt dono gratiæ peccatori.

Cor eius, vt inquit D. Ambr. perlegit D. Petrus, viditque pœnitentiam non veram eſſe ſed tantum apparentem; etenim vera donum eſt diuinæ gratiæ, & quam Deus pariter negabat perfido illi peccatori in iuſtam ſcelerum ſuorum pœnam; itaque non dubitauit Petrus, quod ſi verum ſuſciperet pœnitentiam vtrum Deus illi offenſam remitteret, ſed vtrum hanc illi gratiam faceret & miſericordiam, qua veram infunderet contritionem criminumque pœnitentiam cui per malitiam ſuam ponebat auarus obſtaculum. Nemo fide recta dubitat, luxurioſe, vindictæ cupide, auare, fœnerator, quin ſi veram egeris pœnitentiam tibi Deus miſericors ignoſcet. Ceterum ſummopere dubitandum eſt vtrum cum vita tua tot ſceleribus ad eius iniuriam conſpergatur, illam tibi dare voluerit, atque de hoc peccatorum tuorum pelago aquas vocare veras lacrymarum, quibus culparum tuarum abluas inquinamenta. Eadem loquendi formula vſus eſt D. Paulus deprecans diſcipulum ſuum Thimotheum; ne intermittat officium prædicationis & correctionis quorundam flagitioſorum hominum, ſi forſitan, inquit, aliquando Deus ſuper ipſorum corda ſuos dignetur oculos reflectere veramque illis ſcelerum largiri pœnitentiam: *Corripe eos qui reſiſtunt veritati, nequando det illis Deus pœnitentiam ad cognoſcendā veritatē, & reſipiſcant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipſius volūtatē.* 2. Timot. 2. 25.

Appoſitè perpendit hæc verba D. Tho. quæ D. Cryſ. ita legit: *Ne forte det eis Deus &c.* & ſubiungit: *fortaſſis in rebus dubijs ponitur.* Quod ſit quaſi dubium vtrum Deus ſit illis veram conceſſurus pœnitentiam, non enim illam dat omnibus, nec ad omnes ſuos conuertit oculos, ſicut ad D. Petrum, vel propter eorum peccata, vel ex ſecretis & inſcrutabilibus diuinæ ſuæ prædeſtinationis iudicijs: vnde videmus quòd multis omiſerat hanc veram largiri pœnitentiam, quamuis videatur, quod illam conati ſint adipiſci, lugendo & plorando cum Eſau & reprobis alijs à nobis commemoratis. Tibi tu caue, & Apoſtolum Petrum audi tibi ſuadentem: *Cum timore incolatus veſtri tempore conuerſamini.* Aures attige ad collegam illius D. Paulum te admonentem: *Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini.* Quamuis enim duæ illæ columnæ ſint diuinæ pignora miſericordiæ, atque in nobis tutam excitent veniæ fiduciam: ſunt etiam eius gratiæ teſtimonia, hanc enim voluntariè communicat in quo ſibi complacuit, & quando dignatur. Conuerſus igitur Dominus reſpexit Petrum, & continuò egreſſus cœpit flere. *In c. 2. 2. ad Timot. lec. 4. Ho. 6. in 2. ad Timoth.* *1. Petr. 1. 17.* *Phil. 2. 12.*

D. Gregor. has conſpiciens lacrymas ex oculis Petri defluentes atque de maxillis eius deorſum decidetes, intellexi inquit, & iudicaui quod iam Deus in ſuperiori animæ parte ambularet, gradus figens miſericordiæ. Quando in cubiculo moratis inferiori, & puluerem aduertis decidentem, ais: aliquis in ſuperiori ambulat, qui hunc deorſum dejcit. In mentem tibi veniant, inquit ille S. Doctor, myſtica illa animalia Ezechielis: de illis quippe propheta teſtatur: quòd grandem excitarent ſtrepitum velut aquarum impetu currentium, & hinc notabatur ſonus Dei ſublimis in altiſſimis gradientis: *Et audiebam ſonum alarum, quaſi ſonum aquarum multarum, & quaſi ſonum ſublimis Dei.* Has attendis lacrymas adeo copioſas, gemitibus ac rugitibus aſſociatas, vt aquarum currentium? Noueris igitur Deum ſuper animam ambulare, & ſuper cor eius: illac enim intrauit ſuper oculos Petrum aſpiciens: *Negationem ſuam Petrus fleuit amarè, ſed tamen præmittitur, quod Ieſus reſpexit Petrum.* Idem conſideremus, inquit, in Magdalena. *Venit Maria Magdalena per multas maculas culpæ ad pedes Redemptoris noſtri cum lacrymis: ſed quis illam infudit intus niſi qui benignè ſuſcepit foris? Quis illam ad lacrymas vrgebat per compunctionis ſpiritum, niſi qui hanc exterius coram ſimul recumbentibus recipiebat ad veniam?* Sit veſtra fratres, continua cum Dauide ſupplex oratio:

D. Greg. Ho. 8. in Ezech.

VIII. Deus has in Petro lacrymas excitauit.

*Ezech. 1. 24.*

Thren. 5. 1. oratio: *Reſpice in me & miſerere, mei*, & cum Hieremia. *Recordare Domine, quid acciderit nobis: intuere & reſpice opprobrium noſtrum.*

§. 26. Egreſſus foras Petrus. *Attende in Petro exemplar pœnitentiæ: fuerunt eius lacrymæ aquæ Iordanis, & gallus id quod anſeres Romæ.*

63 EGreſſus Petrus foras fleuit amarè Proponitur hoc tibi prototypon veræ pœnitentiæ. Duo ſic perfectè vt nihil amplius agit D. Petrus quibus te docet, qualiter agas tu quoque pœnitentiam. Primum: totaliter deſerit peccatum & ab eo ſe abſtinet Secundum: deflet illud, & in quantum poteſt pro eo ſatisfacit. Primum hoc agit, quod ſyncerè deſerat peccatum: & quomodo debet, omitti. Hoc eſt *Egreſſus foras.* Abſtinuit à negando: iam hoc totum euanuit, & ab eis egreditur, qui fuerunt ipſi lapis offenſionis, fugitque ab illis velut à peſte contagioſa: ſed nec in loco, vbi peccatum commiſſum fuit, moram traxit vlteriorem, ſed tanta fugit ab illo celeritate quanta quis ſe proripit à loco peſte infecto. Hic optimus eſt pœnitentiæ modus Primò: vt peccato valedicas, atque ex eius te ſubducas occaſionibus: finem accipiat impudica cum tali amica conuerſatio, nec amplius in domum eius pedem inferas, ſed ab illa ſicut ab igne fuge voraciſſimo. Poſt hac ceſſet alienorum deprædatio, & contractus relinque tanti mali occaſiones. Sileat periurium: nec ibi hæreas, nec accedas vlteriùs ad tabernas luſorias, in quibus tanti criminis habuiſti occaſionē. Quàm doctè dixit Spiritus S. *Eruere quaſi damula de manu, & quaſi auis de manu aucupis* Egredere de flagitio, ſicut damula, quæ manum euaſit aucupis. Dicito tu damulæ, vel lepori, vel paſſeri, qui ſe laqueis expediuit, vel manum euaſit, vt tibi proximè hæreat, & ibi circumcirca diuagetur. Quo non fugit impetu, quando hinc liber euadit? Tartareus auceps te laqueis irretiuit auaritiæ, cambijs iſtis ſiccis, quæ nec omnes maris vndæ madefacient, ab illis fugito.

I. Duo ad veram requiruntur pœnitentiam.

Prou. 6. 5.

II. Similitudo.

Angelum auſculta, Lot virum iuſtitia conſpicuum de abyſſo liberantem luxuriarū, illiq; dicentē: *Salua animam tuam, noli reſpicere poſt tergum nec ſtes in omni circa regione, ſed in monte ſaluum te fac, ne & tu ſimul pereas.* Væ illi qui extinctam iam facem eandem adhuc fumantē proximā relinquit igni, quàm cito nulloq; negotio reaccedetur? Admirabile ſemper duxi argumentum illud Spiritus S. ex ore Salomonis. Primò perpendit ingens beneficium hominibus à Deo præſtitum, nobis relinquente pœnitentiam, cuius virtute lucrari poſſemus quidquid per peccatum ante perdideramus, atque in primam reſtitui dignitatem ex qua decideramus, imo in ea vlteriùs multo promouere. Verba eius ſunt hæc: *Pœnitentibus autem dedit viam iuſtitiæ, & confirmauit deficientes ſuſtinere, & deſtinauit illis ſortem veritatis.* O quale beneficium! O quanta gratia! O quæ miſericordia! Lapſi ſunt Angeli, & cum eſſent creaturæ tanta pulchritudine & eminentia ſpectabiles, vt Lucifer omnium nobiliſſimus in natura, & multo gratior ob dona præſtantiora, muneraque gratiæ, omnes tamen deſeruit remedio deſtitutos, atque tota Dei æternitate eodem miſeri damnatique priuabuntur. Heu quantus hic rigor iuſtitiæ! Hominibus formam dedit & occaſionem, vt, ſi forte ex altiſſimo gratiæ gradu prolapſi ſint, ad eum denuo poſſint remeare: hæc autem eſt pœnitentiæ via, quâ languidi, qui deficientibus ſibi viribus ad diuinæ legis obſeruantiam, turpiter ceciderunt *Deficientes ſuſtinere*, ſe poſſint ad eandem ſedem ex qua proruerunt, erigere, atque in ea ſe per Dei miſericordiam confirmare: necnon illi, qui iacturam paſſi iuris optatiſſimi, quo per gratiam ad gloriam potiebantur, illud denuo valeant recuperare. Hoc verbis illis intenditur. *Et deſtinauit illis ſortem veritatis.*

Gen. 19. 17.

Porro quia te video ſtatim vt aſpirantem, & quo poſſis vti medio adeo efficaci, inquirentem, nempe qua ratione hanc aſſumas pœnitentiam, ita vt in integrum perfectè reſtituaris: ſtatim hoc docet, dicendo: *Conuertere ad Dominum & relinque peccata tua, precare ante faciem Domini, & minue offendicula.* Duo feciſti peccando, ſibi in non leue præiudicium, Deique non paruam iniuriam. Primum: tergum illi vertiſti. Secundum: cor & faciem ad viliſſimam conuertiſti creaturam. O quanta hæc Dei offenſa! O quantum exprimat damnum tuamque perditionem! O quantâ patrem ſuum optimum aſſecit iniuria, & quantum ſibi detrimentum inuſſit immorigerus ille adoleſcens, qui illi terga vertens, cor vultumque ſuum declinauit ad infortunia, in quibus omnem ſuam dilapidauit luxuriosè ſubſtantiam, factus Satanæ ſubulcus, fame langueſcens & inedia? Heu quàm grauiter dolet Deus, cenſetque illud tanta dignum admiratione, vt cœlos ipſos obteſtetur, ſuper hoc obſtupeſcant. *Obſtupeſcite cœli ſuper hoc & portæ eius deſolamini vehementer, dicit Dominus.* Duo enim

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IV. *enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas, diſſipatas, quæ continere non valent aquas.* Hæccine duo feciſti peccando? Duo illis oppoſita ſunt tibi facienda ad veram pœnitentiam: terga vertere creaturæ, & cor tuum vultumque ad Dominum Deum: *Conuertere ad Dominum & relinque peccata tua.* Etenim tu luxurioſe debes dorſum oportet vt illi vertas, cui cor eorum obtuliſti impudicos, & tuæ propriæ voluptati, carniſq; deſideriis: tu inſultè fœnerator, iniquis lucris: & tu vindictæ & talionis ardentiſſime, inordinato honoris tuo deſiderio, teque ad Deum debes conuertere. Anne hoc ſufficit? Planè non: ſed inſuper tui muneris eſt illud deſerere, quod tibi anſa fuit lapiſque offenſionis: *Manet offendiculum.* Omitte ingreſſus in talem domum, mane mitte illos ruinæ tuæ auctores: Si vocos fuit illi carnis tuæ fortiores, illos per pœnitentiam mortifica & corporis reprime caſtigationibus: Ne talia frequentes conciliabula, in quibus grauiter offendiſti detractor de his & aliis impuriſſimus.

V. Optimè conuenit Spiritus S. ratio ad hoc aſſignata. *Ne alliges duplicia peccata, neque enim in vno eris immunis.* Caue tibi, ne duplices, neue multiplices peccatum: etenim ſi pondus vni ſ tantum ſit, vt in omnibus creaturis nullæ reperiantur vires vt pro vno ſatisfiat, qua ratione poteris pro tantorum pondere reſpondere? Si virtus tua fuerit adeo languens, vt in te robur non fuerit vt vel ſemel pedibus conſtans perſiſteres in oblata tibi occaſione, quomodo erit, diminuta hac virtute ex primo peccato, vt firmius conſiſtas, ne ſecunda, vel tertia vice relabaris? In Petro valor roburque elanguit ad primam ancillæ vocem: attende ſi hic non ſit quomodo erit in illo fortitudo, ne ſecunda & tertia vice corruat in grauiora quæ ſubſequentur, offendicula: Prudenter Deus nonnullos monuit peccatores, qui vanis ſiſi confidentiis peccata multiplicant: *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* Isai. 5.18. Sunt inter vos aliqui, qui funem extendunt iniquitatis falſis ligaturis & inanibus. Vos obteſtor quot annis modo tam impudicam frequentas amicitiam? Numquid à ſex, octo, & viginti? & quomodo? Mendacibus vaſiſque fiduciis. Adeſt tempus quadrageſimæ, confitendum tibi eſt, quot propoſita iuras ad pedes Confeſſarij, & videntur eis nulla certiora, porro teipſum deludis, & videbis ea falſa & inania, in eo quod continuando egreſſus & ingreſſus, confabulationes & occaſiones, inuenies quod hoc anno proſequeris funemque protrahes impudici tui concubinatus. Idem de te ſit ô fœnerator & vſurarie iudicium, qui cor ſ nuò furtorum tuorum & auaritiæ funem protrahis & vltro gladeris vanis fidens promiſſis quæ quotannis de reſtituendo renouas, quod poſt hac numquam contractibus ſubſcribes iniuſtis, & tandem protelas funem, & huius anni annectitur illi quem anno præterito texueras, quo ſit vt eam tam longam ac vitæ tuæ dies extendas, Illis te liberes occaſionibus: ſi namque illæ vigeant vates tibi eſſe poſſem, tuum tibi caſum imminere grauiorem. Primus D. Petri paſſus eſt ex illis egreſſio. *Egreſſus Petrus foras*

Secundò: deflet Petrus crimen ſuum amarè & perſeueranter. *Egreſſus Petrus foras fleuit amarè.* Non ſufficit vt manu mittas peccatum, omneſque eius occaſiones, ita vt illud relinquas in æternum, nec amplius in illud corruas: ſed inſuper facienda tibi eſt pro commiſſis ſceleribus digna ſatisfactio: ſoluendum etenim eſt debitum, quod alter contraxit, quamuis non accreſcat & aliud nouum priori non ſuperaddat. Appoſitè cum D. Aug. hæc verba Spiritus S. fideliter expendamus: *Fili peccaſti? Non adiicias iterum, ſed & de priſtinis deprecare, vt tibi dimittantur.* Peccaſti? corruiſti? debitum contraxiſti? Caue ne noua peccata committas: deinde præteritorum à Domino ſupplex expoſce remiſſionem. Audiamus autem D. Aug. *Si à peccato deſiſtere hoc eſſet non habere peccatum, ſufficeret vt nos moneret ſcriptura: fili, peccaſti: Ne adiicias iterum. Non autem ſufficit, ſed addidit: Sed & de priſtinis deprecare, vt tibi dimittantur.* VI. Satisfactio neceſſaria. Eccl. 21.1. D. Aug. l. de nupt. & concupiſ. c. 26. Tom. 6.

Oratio deprecatiua & maximè conueniens, quā potes effundere ex ſententia D. Amb. ea eſt quam lacrymę comitantur feruentiores. Hanc D. Petrus effudit: etenim *Fleuit amarè*, h.e. ſupremo contritus dolore, tota animæ affectione vt illud tam viuæ teſtantur lacrymæ, iudicium omnino certū cordis ſummopere ex dolore pœnaq; afflicti: *Fleuit amarè.* Non nobis dicit Euangeliſta vt bene notat D. Ambr. quod locutus, vel quod rationes aliquas protulerit prudentioris cognitionis ſuæ ac doloris expreſſiuas, nec quòd peccatum ſuum verbis declarauerit exaggeratiuis, ſed hoc ſolum quòd amarè fleuerit. *Petrus prorupit ad lacrymas, nihil voce precatus. Inuenio enim quòd fleuerit, non inuenio quod dixerit.* Nulla namque ſunt verba quantumuis doloroſa, quæ magis manifeſtent dolorem cordiſque contritionem, quàm lacrymarum abundantia: plus vna teſtatur earum, quando per oculos defluit, quàm mille VII. Lacrymę commendantur. D. Amb. Ser. 46. Tom. 5.

verba ex ore egreſſa loquaciori fuerunt illæ quæ ſic apertè vt nihil apertius dolorem teſtatæ ſunt & locutæ Magdalenæ multò clariùs & diſtinctiùs, quàm quæcumque poſſent verba declarare: nemo quippe dubitat, quin earum idioma magis ſit ſignificatiuum, quàm omnium linguarum, quas mundus ſtuper colitque diſertiſſimas: ad illas rogabat Dauid, vt autem arrigere Deus dignaretur. *Auribus percipe lacrymas meas*: eſt etenim earum loquela quando è corde habent principium, maximè ſecura certa, & ab omni

D.AMB. *Ibid.* fictione libera. Cenſuram hic addamus D. Ambroſij, quam dum de Magdalena loqueremur audiuimus. *Lacryma tacita, preces ſunt, veniam non poſtulant, ſed merentur. cauſam non dicunt, & miſericordiam conſequuntur, & vtiliores ſunt lacrymarum preces, quàm ſermonum, quia ſermo in precando forte fallit, lacryma omnino non fallit: ſermo interdum non totum profert negotium, lacryma ſemper totum prodit effectum.* Ea de cau-

*Ser. 9. de Paſſio Domini.* ſa (teſtatur ſic D. Ambr.) nullis D. Petrus vſus eſt verbis, ſed pluribus lacrymis: *Fleuit amarè.* Hæ ſunt felices lacrymæ, ſubſcribente D. Leone, quas non extrahit diuitiarum iactura, non honoris diſpendium, non ſalutis infirmitas, non vitæ interitus, non temporale quidquam, non creaturæ reuerentia, ſed amor Dei, & de Deo offenſo vera contritio.

VIII. Allegoria. Mittit vates Eliſeus Principem Naaman Syrum ad Iordanem à lepra ſua emundandum: non enim efficaces ſunt omnes aquæ fluminum Damaſci, quantumlibet magnæ ſint & copioſæ, vt eam abluant & expurgent, ſed Iordanis tantum: eſt hic fluuius ex duobus ſcaturiens fontibus de monte Libano quorum vnus dicitur Ior, alter verò Dan, qui duo confluunt in vnum ad pedem montis: & hæ ſanant, lauando in eis, non ſemel ſed iterato ſepties. Peccatorem eſſe leproſum nemo negat: nam idcirco cernens in ſpiritu vatidicus Iſaias Chriſtum noſtris oneratum peccatis, ait: *Vidimus eum quaſi leproſum*. Non omnes lacrymæ vim habent emundandi lepram. Vberrimè plorauit Eſau, nec hoc illi profuit, teſte D. Paulo, Fleuit & Antiochus, milleque iurauit fide Regia promiſſa, ſtatuitque propoſita, nec his omnibus emundatur. Neceſſariò requiruntur aquæ

*Ina 47. Ezech.* Iordanis, qui interpretatus dicitur: *Fluuius iudicij*: ita D. Hieron. hæc etenim vera probatur eſſe pœnitentia, in qua iudicium fit & de peccatore iuſticia, prout diximus locuti de Magdalena: vnde de duobus emanat fluuijs: vno amoris Dei, cum ſuper omne amabile diligendo: alio autem deteſtationis peccati ſuper omne deteſtabile.

Duo illi fontes quàm impetuoſum conſtant lacrymarum ſanctarum fluuium, quàm cœleſtis aqua hæc eſt & Angelica! quàm efficaces Iordanis vndæ ad emundationem peccatoris! Tales fuerunt D. Petri lacrymæ, de quibus tale verumque profert D. Leo Papa teſtimonium, *Lacryma tua Sancte Apoſtole ad diluendam culpam negationis virtutem ſacri habuere baptiſmatis.*

Inſuper & ipſa lotio ſepties repeti debet, hoc eſt, perſeuerantur & vſque in finem vt commentat D. Gregor. numerus ſeptenarius in SS literis ſignificat omne vitæ ſpatium, quod ſeptem tranſuolat diebus hebdomadæ. Toto hoc perſeuerari debet dolor & de offenſo Deo pœnitentia, vt amplius ad peccatum non reuertamur. Sic actum nouimus in magno illi viro flagitioſo ſed maiori pœnitente D. Paulo: cuius licet ſimplici verbo fides poſſit adhiberi cum ipſe Chriſtus cœtetenus fuerit illi locutus, affirmauit tamen hoc ſolemni & explicito iureiurando: quòd nunquam ſe cordis ſui dolor intermitteret, qui Chriſtum ita grauiter irritarat. Sic D. Hieron. hæc verba declarat. *Teſtis mihi eſt Deus, quia continuus eſt dolor cordi meo* &c. Talem agnoſco in D. Petro, & hoc ipſum indicant Euangeliſta, dicendo: *Cœpit flere.* Non ait quod illi finem impoſuerit, nec ſimiliter tempus exprimit quando à plorando deſtiterit: quia balneum illud lacrymarum fletuſque lauacrum & vita Petri pari ſtudio ad vltimam metam properarunt. Nullus vt credo ignorat hiſtoriam de hoc à D. Clemente Papa eius diſcipulo conſcriptam & teſte oculari: nimirũ quòd ex perpetuo lacrymarum defluxu maxu maxillæ illi ſulcos duxerunt, ex eo quod continui illi fontes alueum per faciem eius fecerant, ſicut aquæ continuò per terram decurrentes: deinde quòd ſingulis ſurgens de ſtrato noctibus, in genua procumberet, & denuo ſolueret earum habenas, iterum iterumque delicti flagitaret indulgentiam. O quàm ſera memoria illi renouabatur, quàm ad primum galli cantum dolebat tanto ſopere grauem ſe obdormiſſe, nec non quàm gratus erat huic aui quia primo ſuo non deſtitit cantu, ſed ſecundo illi fuit auxiliaris, cum quo concurrente Chriſti Domini conſpectu, ſui recordatus fuit, & peccati culpam agnoſcens ad eius remedium veram aſſumpſit pœnitentiam.

Celeberrima eſt illa hiſtoria quam D. Aug. propoſito cuidam congruè deſcribit, eamque fuſe declarat eius ſcholiaſtes a rationem adferens cur Romani detulerunt inter alias aues honorem locumque digniorem anſeribus. Caſus hic fuit.

fuit. cum enim nocte quadam Galli exercitum contra Romam ducerent, clanculum & per noctis tenebras illam occupare iam inciperent: iudicarunt ſibi maximè conuenire, ſi fortalitium interciperent montis Capitolini, quapropter eò vires ſuas copiaſque direxerunt. Eius cuſtodes ſtatuerant canes qui vigiles latratibus excitarent, ſi quædam ſeſe offerret occaſio; ſed eo tempore obdormierunt eâ parte qua Galli per illam intrarunt. Hac tempeſtate quidam anſeres, quos alebant in Capitolio Deæ Iunoni ſacros vociferari cœperunt ſemel & iterum idque ita clamoroſè, vt & eorum clamoribus, & luce auroræ, quam iam ſol ſui nuntiam præmittebat expergefactus Marcus Manilius dux inclytus, videnſque Gallos ſcalis muros aſcendentes fortiter ſe illis aduerſarium oppoſuerit, & ſcuto ſuo percutiens eum, qui ceteris altiùs aſcenderat, eoque proſtrato, ac deorſum corruente, ceteri pariter corruerint, qui illum inſecuti per eas aſcenderant, quo factum eſt vt ceteri excitati Romani ſeſe Gallis opponere valuerint, Romamque ab illa ſubita oppreſſione tutores liberare. Tanti fecerunt hoc beneficium, quod ſuis anſeres clamoribus præſtiterant, vt decreuerint ſolemnibus eos honorare ſacrificiis: refert autem Plinius, quod ab eo tempore annuatim illi festa dedicarint, in quibus canem cruci affigentes, in tam profundi ſomni ſupplicium, anſerem in ſolio ſtatuerent, atque per totam ſolemniter ducerent ciuitatem.

X. Hiſtoria de Anſeribus Romanis.

Lib. 29.

XI. Hoc Romæ contigit, quæ caput erat orbis, & hoc ipſum videmus in Petro, qui caput eſt Eccleſiæ. In obſcura illa nocte quâ captus paſſuſque Dominus eſt, exercitus decreuit inferni parare obſidionem, vt ciuitatem hanc occuparet primariam, & cum iam primum ingreſſum feciſſet per timorem, eiuſque magnam partem iam inuaſiſſet, conatus eſt Satanas turrim inuadere fortiorem nempe fidei eius, mediantibus ancillis & miniſtris, quibus illum & terrebat, & impugnabat. Omnes canes qui latrare ſolebant & excitare, conticuerunt, quia non eſt qui adlatret, qui moneat, qui errantem corrigat Petrum, nec ipſi Apoſtoli omnes enim in fugam ſe dederant; nec diſcipuli: hi namque latebras quæſierant, latebantque abſconditi, vel diſſimulati, vel non auſi quod tales eſſent, ſe manifeſtare. Scalas aſcendunt per negationes, conati fidem eius intellectus occupare. Omnibus deficientibus prodit gallus cantando non ſemel ad mediam noctem, ſed altera vice clamoroſiùs iam illuceſcente aurora, ſuumque cantum coniunxit luci veræ auroræ oculorum Chriſti, qui Petrum reſpexerunt: vnde Petrus recordatus & excitatus ipſos euertit inimicos, egreditur de loco adeo pernitioſo, in ſe reuertitur, ſuæq; ſtudet reparationi lugens acerbiſſimè. O quàm gratus foret ille gallo, quoties Domino gratias ageret, qui talem creauit auem ordinatam ad humanæ vitæ ſuo cantu diſpoſitionem. Quoties ſperaret eius cantum media nocte, & auidiùs ad auroram? Sola mors eius potuit pœnitentiæ lacrymas abſtergere: talem & tuam eſſe conueniret:

Allegoria accōmodatur.

§. 27. Cœpit flere. *Non deſtitit Petrus à ploratu vt faciunt peccatores: ſimiles canibus, & loti denuo cadauer contingunt.*

AN tibi forte perſuades lacrymæ vnius effuſione deletas tuas eſſe remiſſaque culpas: iamque ita ſecurum tibi cœlum polliceris, ac ſi manibus illud complecteretis? An credis ad lauacrum tantarum perpetuarumque macularum tam exiguum ſufficere balneum: vt nedum non perſeueres in incœpta pœnitentia, ſed denuo ſtatim ad idem reuertaris peccatum, quod te deſeruiſſe monſtrabas? In mentem tibi veniat quod diximus, pœnitentiam vt ſponſam aſſumendam eſſe: ipſa namque puella eſt, cum qua ſe deſponſare debet peccator vt Dauid cum Abiſag, ex qua generandi ſunt filij actus, inquam, pœnales & doloroſi quibus deflendo peccata pro illis digne meritoque ſatisfaciat. Mulierem ſponſam accipere, non ea fit intentione, vt hodie tecum illa cohabitet, cras mane dimittenda: vinculum eſt enim pro vita perpetuum; atque in hoc cognoſces, vtrum pœnitentia tua ac lacrymæ ex corde prouenniant, vel in ſola apparentia conſiſtant exteriori. Sapienter expendit noſter Cardin. Caietan. nouum verba quibus Spiritus S. nobis lacrymas refert magni quondam illius Patriarchæ Iacob ex morte, quam credebat Ioſeph filij ſibi chariſſimi. Accedunt filij eius, & tunicam Ioſeph adferunt cruore tinctam, dicuntque: Vide Pater, intuere pater, ecce fera peſſima deuorauit filium fratremque noſtrum Ioſeph. Teſtatur Spiritus S. quòd amarè flere cepit: dicens: fletus hic planctuſque ſuper Ioſeph vitaque ſimul finem accipient. Hoc verbis illis indicauit: *Deſcendam lugens in infernum.* Infernum interpretatur ſepulturam. In ſepulchrum vſque me dolor, fletuſque comitabuntur. His ſemper inſtitit ita lacrymarum perpetuus effuſor, vt tranſacto vno anno, alium ad-

67 I. In pœnitētia perſeuerandum.

adiungeret, ſemperque luctibus vacaret.

Ductus eſt Ioſeph venditus in Ægyptum vbi varij contigerunt illi ſucceſſus, & perpetuò ſenex iam capularis lacrymis indulgebat & ſuſpi-
Gen 37. 35. tiis: *Perſeuerante autem eo in fletu.* q. d. quo tempore Ioſeph à paternis abfuit oculis, planctui ſe dedit indeſinenter, per decem & octo an-
Caietan. in c 37. Gen. nos. Dicit hoc Spiritus S. interprete Caietan. vt differentiam oſtendat inter lacrymas boni ſenis Iacob, & filiorum ſuorum, fratrumque Ioſeph: *Narratur quod fecit ad differentiam aliorum, qui*
II. Lacrymæ Iacob cur dicantur ex corde profluxiſſe. *à luctu ceſſauerunt.* Cum enim lacrymæ luctuſque Iacob ex viuo naſcerentur dolore cordis, ob interitum Ioſeph, multis perdurarunt annis: porro filij eius, fratreſque Ioſeph plorarunt quidem fuderuntque lacrymas, dum patrem conſpiciunt lugentem, illis dolorem quendam teſtati, ſed confeſtim ſtetit fluxus hic lacrymarum, & altero die nullæ denuo percipiebantur, nec indicium aliquod pœnaque præteriti: hinc argumentum elicio, illas non ex corde profluxiſſe, ſed fictas fuiſſe & apparentes, ſicut in rei veritate tantum fuerunt: & ſatis timeo ne tales ſint & veſtræ: quæ ſolum defluunt, quando pedibus adhæretis confeſſarij: tunc tantummodo ſigna præbetis doloris & luctus, promiſſa facitis & propoſita emendationis: porro vix à pedibus eius aſſurrexiſtis & ecce nec veſtigium quidem vllum in vobis videtur eorum nec in vultu lacrymarum. Veræ lacrymæ pœnitentiæ ex corde oriuntur doloroſo & contrito, & hæ in vero pœnitente ante vitæ terminum non terminantur.

Ho. 3. de pœnitent. Cum D. Chryſ. notandus venit titulus quem Dauid quibuſdam præſcripſit pſalmis 56. 58. & 74. *In fine ne corrumpas*: ita habet eius lectio quam ſequitur, nos vero legimus ex vulgata: *In finem ne diſperdas.* Et vna eademque videtur vox, quâ Dauid peccatores agnominat: qui videns qualiter pœnitentiæ lamenta ſuſcipiant, eos ad perſeuerantiam in iis adhortatur. q. d. Enge age amice, iam peccata tua deflere incepiſti, non deſiſtas vſque in finem, ne præterita diſperdas. Perpetuus ſit tibi luctus, ne ceſſes, ne illi valedicas, tibi namque imminet triſte naufragium. Alij transferunt, & pro illo verbo, *In finem* ſubſtituunt *Victori*: q. d. Eia Dei miles, qui de diabolo prætendis victoriam per pœnitentiam: hoc tibi fixum ſit, quòd eam haud quaquam obtinebis niſi perſeuerando *vſque in finem*: hoc etenim a-
Matt. 10. 22. perte Chriſtus inſinuauit: *Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.* Hic & non alius coronam conſequetur cum tali conſtans perſeuerantia pœnitentiam vſque in finem protrahens, vt non prius vitæ quam lacrymis finem imponat.

Inter alia Deum grauiter exacerbat, defectus quo laborat peccator, cui parum eſt quod in pœnitentia non perſeueret, ſed inſuper ilico in idem relabitur peccatum: atque idcirco redundat S. Pagina rationibus ac ſymbolis quibus illud declaratur. Ore Salomonis in Prouerbiis tales nominantur eſſe canes: *Sicut canis qui reuertitur ad vomitum ſuum, ſic imprudens, qui iterat ſtultitiam ſuam.* Quam congruum dat peccato peccatorique cognomen, qui ad omiſſum relabitur peccatum. Stultus inquit, eſt & imprudens, qui ad priſtinam ſuam labitur ſtultitiam. An dari poſſet vir ſtultior atque imprudentior, quàm qui inito contractu, quo cunctas ſuas peſſum dedit facultates, ob quod damnum ſuum deflere cogitur, nondum adhuc abſterſis lacrymis, ad alium denuo ſimilem renouandum conuerteretur? Ea de cauſa Spiritus S. vt ſtultos ſugillat Ægyptios: qui cum à ſe repuliſſent Hebræos, eo quod ex eorum cohabitatione mortem ſibi ſuorum conciliauerant primogenitorum adeo lugubrem, vt omnium oculi fontes fierent lacrymarum, antequam ſibi lacrymas abſtergerent, eos iterum conati ſunt priſtinæ ſubiicere ſeruituti, prout die Sabbati declarauimus. Quinimo meâ ſententiâ hanc ſpectat hiſtoriam Propheta regius, exponens quinam illi ſint, quibus Deus ſua remittit peccata, gratiam ſuam impertit, pacem feliciſſimam: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus*, vt illud ore meo mundo præco manifeſtem. Quid eſt hoc ô Rex ſanctiſſime? *Loquetur pacem in plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui conuertuntur ad cor.* Alij legunt: *In eos qui non conuertuntur ad ſtultitiam.* Quod alias explicauimus. Sunt, inquit, Salomon in oculis Dei, illi qui confeſtim ad peccata redeunt, execrabiles, ſicut apud te canis eſt qui cum multa anxietate & moleſtia omnia euomuit, ſtatim eadem relambit.

Eodem exemplo vſus eſt D. Petrus vt poté in hac materia verſatiſſimus. In eos feruenti inuehitur, qui fidei Sacramẽta ſuſcipiebant, &c. & cum ſe ab idololatriæ ſeparaſſent immunditiis, ſanctoque fuiſſent baptiſmate abluti, confeſtim ad iſtas illas reuoluebantur quouis cane immundiores. Eius vobis verba profero: *Si enim refugientes coinquinationes mundi, in cognitione Domini noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur, facta ſunt eis poſteriora deteriora*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*viam prioribus.* Væ illis imprecatur Apoſtolus. *Contingit enim illis illud veri prouerbij : Canis reuerſus ad vomitum ſuum, & ſus lota in volutabro luti.* Quantum non mouet nauſeam canis vomitum ſuum relambens execrandum ? Et quid necesse prodeſt ſi lauetur, cum denuo cœno ſe emergat & coinquinet à quo iam pridem exceſſerat? In L. Eccleſiaſtici idem declaratur argumentum, dum dicitur quaſdam eſſe donationes, nullam non ſolum adferentes vtilitatem, ſed etiam tibi abominandas, & ſtomachum horroremque prouocantes. Et quales illæ ſunt obſecro ? Illæ ſunt, quas faciunt homines ſtulti, cupidi, ſibique complacentes qui cum tibi nunc aliquid ſuorum dederint, ilico idem repetunt, & hoc agunt ſemel & bis, imo ſæpius. An talem tu feras patienter.

Eccl. 20. 14. quærit Salomon : *Datus inſipientis non erit vtilis tibi &c. hodie fœneratur & cras expetit : odibilis eſt homo huiuſmodi.* Tales cenſeo quoſdam peccatores, qui pœnitentiæ luctui ſe tradentes, Deo tradunt cor ſuum, animam, corpus, oculos, aures, linguam, manus &c. O Domine hoc tibi cor munus offero : nam ex nunc totum tuum erit: hic intellectus tibi dicatur, vt non niſi tibi impendatur, hæc voluntas conſecratur, ne præter te quidquam diligat: hi deſtinantur oculi, ne vllam vanitatem intueantur ſed ea tantum quæ tuum ſpectant obſequium: hæc lingua dedicatur ne moueatur niſi ad operum tuorum celebrandorum encomium, & verba ædificationis; & quid inde? confeſtim conceſſa Deo cuncta repetunt, ea in eius expendentes iniuriam grauemque contumeliam. Vt quid ergo hæc illa Deo vouiſti, vt tu hodie inconſtans infidusque repeteres ? Et ſi hoc non ſolum vnica vice, ſed millies feceris, quid tibi iudicio de te Deus iudicabit?

Eodem narrante Sapiente alia his appoſitè proponit ſymbola. Quænam inde, inquit vtilitas, ſi quis parietem extruat, quem confeſtim diruat?

Eccl. 34. 28. *Vnus ædificans, & vnus deſtruens, quid prodeſt illis niſi labor?* Qua moueris intentione illum ædificaſti, ſi continuo illum eſſes in terram proſtraturus? Hinc admirabilem elicit ſententiam : *Qui*

Eccli 34. 30. *baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius? Sic homo qui ieiunat in peccatis ſuis & iterum eadem faciens quid proficit humiliando ſe? Orationem illius quis exaudiet?* Locum hunc exponit D. Aug. a & propoſito noſtro conuenientius D. Greg. quo Salomon alludit ad hoc legis diuinæ decretum de baptiſmo ſeu lauatorio legali quod præſcripſit in figuram pœnitentiæ: ſcilicet vt ille qui cadauer aliquod contingeret immundus cenſeretur, donec certa quadam aquâ ablutus, munditiæ reſtitueretur. Ille qui b *l. 9. Epiſt. 39.* lotus ſe ab immunditia legali quam contraxerat ex contactu mortui, ad aquas accedebat, ſi *in aliud* dum vix ſe illis mundauerat, inde egreſſus, con- *Pſal. 50.* tinuò idem cadauer, vel aliud ſimile contrecta- *Sacrificium Deo.* bat, quid illi balnea proderant, quæ frequentaue- rat, cum tam cito ad eaſdem reuerteretur immunditias? Hoc idem tu intellige de balneo ſeu la- *Num. 19.* uacro lacrymarum per pœnitentiam. Quid inde 11. commodi matutino hoc tempore peccata ſua confiteri, & ad veſperam ad ædes eius repedare, quæ tibi lapis erat offenſionis petraque perditionis ? quodnam inde tibi emolumentum modo deflere quod hinc egrediens relambis vt tibi gratiſſimum ? Talis eſt tua pœnitentia.

V. Allegoria ex decreto legis.

§. 28 *Quod aduertimus in Chriſto moriente, & reſurgente quo humanam prodit infirmitatem, & virtutem teſtatur diuinam : idem in D. Petro inſigni myſterio conſiderandum.*

PRædicta omnia proponit Spir. S. deſiderans 70
pœnitentiam tuum eſſe tutam & ſecuram, non vt animo deſpondeas, inquit D. Chryſoſt. licet teipſum ita ſentias infirmum, vt quotidie corruas & crimina tua vix pœnitens ſis confeſſus, cum iam in eadem, imo peiora inconſtans infirmuſque relabaris ; Non idcirco omittas ad remedium confugere pœnitentiæ, Dei miſericordiæ confidens, quod infinita ſit, nec illi patientia finiatur, ſicut hominibus: quia in illo nec finem, nec fundum immenſa complectitur. An quotidie peccas? Quotidie age pœnitentiam & quotidie peccati tui te pœniteat, quod quotidie committis : *Peccata ſi habueris, ne deſpicias, tametſi quotidie peccas, quotidie age pœnitentiam.* Sit hæc tibi quotidiana ſimilitudo: quod ſi quotidie in cubiculo tuo tibi ſedes corruat, quotidie illam attollis : & ſi ſingulis diebus ſordibus inquinetur, an non ſingulis diebus illud euerris? Et ſi quotidie tibi manus ſordeſcant an non illas eluis? Et ſi quotidie tibi brachium dolet vel pes, an non toties medicinam eius curamque reperis? Et non quia heri illud curaſti quod tibi dolebat, ſi hodie denuò te lædas, hodie idcirco tui curam negligis. *Quod in domibus facimus cum fragiles, & ad vſum nutant continua reparationis manus obliteramus.* Attende, inquit S. hic, quid in domo tuas agas. Quoties illam inquinas? Quotidie, & quotidie illam euerris, & ſic toties illam emundas quoties ſordidatur ; *Si prema*

I. Obfrequentes lapſus nō eſt diffidendum.

D. Chryſ. *Ho. 5. de nit. non longe à princip. Tom. 5.*

II. Similitudo. *Introitum primo ſuper Iſai circa rū princ.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ris pondere peccatorum, nec ſic deſperes. Non conquieſcam hæc dicere: Quotidie peccas? Quotidianã age pœnitentiam: Id quod in ſingulis quibuſque ædibus & ipſi facimus. Mox enim vt verriculo collecta ſunt quiſquiliæ, eas efferimus domo. Nouas inſtauramus & ſuperaddimus. nec ſic interquieſcimus ab aſſidua hac diligentia conuerſendi domum.*

Nihilominus huic tibi ad laborandum eſt, ſi vis ſecurus eſſe, nec periculoſis te exponere ſucceſſibus vt pœnitentia tua ſit aſſidua quam ex D. Petro addiſcas agendam: hanc enim cum ſemel facere incœpit numquam amplius deſeruit fueruntque eius lacrymæ vitæ eius comites indiuiduæ. Patuit in illo cunctis ex mente D. Chryſ. humanæ infirmitas, quam ex ſe habebat, & diuina fortitudo, quam habuit ex dono gratiæ Dei ſingulari: itaque Petro infirmitatem adſcribe, ſed fortitudinem eius diuino gratiæ & miſericordiæ beneplacito. Attende hunc Apoſtolum modo ita languidum, vt vires non habeat quibus vnico verbo ancillæ reſiſtat oſtiariæ ſimpliciter prolato, nullis terriculamentis, nullis ſeuero terroribus. Illum poſtea pe pende ita conſtantem, vt tametſi in illum inſurgant Principes potentiſſimi ſummique Sacerdotes, minacibus illum terroribus percellentes carcerum, catenarum, verberum & ignominiarum: ita inſuperabilis perſtitit & obfirmatus, vt omnibus faciem imperterritus opponat, tali feruens animo & fortioribus potens rationibus, vt omnes confundat oraque cunctis obturet inuincibilis. Deinde mouentur in illum Imperatorum Romanorum arma, & tremenda maieſtas Imperij & exercitus eorum copiarumque fortitudo: de illis triumphum ita ducit illuſtrem, vt cathedram ſuam Romæ conſtituat, quæ caput eſt orbis, tanta conſtantem ſecuritate, vt eam tota non poterit euertere inferni potentia. Numquid in illo humanam admiratus es infirmitatem? Nunc diuinam in illo admirare fortitudinem.

*Ho. 4. in 1. Corinth.*

Sicut Chriſtus D. Petrum creauit vt Vicarium in mundo, voluit ac decreuit, vt Petrus aliquo modo iiſdem cum illo paſſibus incederet. Circumferebat Chriſtus humanam infirmitatem & diuinam fortitudinem, vt autem teſtaretur veritatem humanæ illius infirmitatis, totique mundo pateſieret, quòd carnem haberet languidam, permittere voluit paſſuſque eſt, vt mors ad illum accederet, eoque modo illa acceſſit, vt realiter ſemel mortuus ſit; attamen confeſtim virtutem ſuam probauit oſtendit que diuinam, in eo quòd moriens mortem hanc occidit virtute reſurgens diuina ita potenter, vt poſt hoc numquam potuerit, nec poterit mors in illum habere ingreſſum: *Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Semper illam ſuis tenebit pedibus proſtratam, ſic vt coram eo nullum poſſit opus efficere. Hæc duo in Chriſto clariſſimè patuerunt: *Mortuus eſt ex infirmitate, viuit autem ex virtute Dei.* Erat duo in Chriſto, fragilitas humana, & virtus diuina & ſi locus detur morti, vt eum impetat & illum ingrediatur, vt humana pateat infirmitas, reſurgit à mortuis in virtutis ſuæ diuinæ teſtimonium, ita potenter, vt perpetuò maneat vita ſecurus, & triumphator mortis immortalis.

Hæc duo in D. Petro conſideramus, humanam ſcilicet infirmitatem: eſt enim filius Ionæ, hominis caduci, & nullius vel paruæ virtutis: virtute tamen pollet diuina, quâ Chriſtus illum petram firmauit ſolidam, inconcuſſam & immobilem, vtque ſuper eum Eccleſiam ſuam Regnumque in terra ſolidaret: vnde ſic illi loquitur: *Tu es Simon Bariona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Vt autem illa innoteſcat, patitur vt illum aggrediatur infidelitas, ipſum ingrediatur, ipſum proſternat, ſi non in corde, ſaltem in ore, quod pateat eum hominem eſſe tam modica fide feruentem, vt ipſum fieri neget auctorem. Porro ad diuinæ virtutis oſtenſionem, quæ petram illum creauit, adeo fortem eum confirmauit & inuincibilem, vt eluctaverit de iſta trina negatione & infirmitate decora triumphum ita potenter, vt iam amplius ipſa nequeat in illum habere ingreſſum, maneatque os eius & lingua adeo conſtans & ſecura, vt numquam intrare poſſit, nec in illa locum inueniat hæc tantæ negationis infirmitas: dicamusque rectè: *Petrus reſurgens à negatione, iam non negat, negatio illi vltra non dominabitur:* & dicamus de illo, quomodo de Chriſto: *Mortuus eſt ex infirmitate, viuit autem ex virtute Dei.* Et ſicut euidentiùs non potuit confirmari nobis humanæ mentis infirmitas, quàm ex eius caſu ad vnicam vocis ancillæ portariæ flatum, ſic multò manifeſtiùs, multòque clariùs virtus pateſcit omnibus diuina, dum conſtantiam accipit ſecuram & inuincibilem ſtabilitatem: quâ nixus licet ab omnibus mundi viribus inferni potentiis oppugnatus, cathedram ſuam ita liberam ferret & contra cunctos errores & omnem infidelitatem triumphet glorioſus, vt iam ingreſſum in illum habere nequeat, non ſolum in cor, ſed nec in linguam, quamdiu mundus mundus erit, nec vllæ ſint vires quæ denuo poſſint eius labe-

factare

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

labefactare conſtantiam : *Vltra illi non dominabitur.*

Aptentius interpretatur D. Bern quod paulo ſuperiùs attigimus, nimirum opus illud præcelſum Chriſti ambulandi ſuper aquas, ſoli Petro inter omnes Apoſtolos fuiſſe communicatum: cum enim populos ſignificent, conformiter illi D. Ioannis : *Aquæ multæ populi ſunt, & gentes, & linguæ*: voluit Dominus declarare ſuperioritatem ſingularem, quâ cæteris illum præficiebat nationibus, gentibus & populis vniuerſis creans illum Prælatum his omnibus, verumque Superiorem. Porro notandum quòd bis D. Petrus ſævientes maris vndas calcaverit. Primò: ante Chriſti paſſionem, quando periculoſa tranſacta tempeſtate, quam Apoſtoli tota nocte paſſi ſunt in mari Galilææ Chriſtus illis ad auroram apparuit gradiens ſuper aquas, illos à timore hac voce recreans: *Nolite timere Ego ſum.* Cui cum Petrus diceret. Domine ſi tu es jube me venire ſuper aquas, reſpondit illi Chriſtus: perplacet, venit continuò ſe miſit in aquas, cumque paululum progreſſus eſt eſſet marinos proterens vortices, iiſque vt pauimento lateritio inambulans, turbine non modico perflante, ex quo fluctus excitatus eſt vehementior, vt mergendus videretur; tanto timore perculſus eſt, vt ſtatim ad ima declinaret, ita vt à Chriſto manus poſceret auxiliares: inclamans: Domine adiuua me. Manum ſuam extendit Saluator noſter potentiſſimam, illius apprehendens, aitq; de modica fide illum increpans: *Modicæ fidei quare dubitaſti?* Non redarguit illum : O infidelem ô ſine fide virum; quia illam non amiſit, ſed modicæ fidei; illam etenim timor infirmavit.

*L. 3 de conſidera ad Eugen. poſt med.*
*Apoc. 17. 15.*
IV. Petrus bis ſuper aquas ambulavit.
*Mat. 14. 28.*

Secundò, poſt Chriſti mortem ac reſurrectionem; cum enim collega Apoſtolo D. Ioanne piſcatum in mare deſcendiſſet; apparuit illis Dominus à morte rediuiuus, quem cum D. Ioannes agnoſceret, illumq; Petro reuelaret quiſnam eſſet; *Dominus eſt*; Petrus amore feruens, omni rejecto metu, nulla territus maris tempeſtate, fluctibus ſe commiſit, eoſque fortiter preſſit, nullo pauidus timore, ſed totâ ſecurus fiducia pelagi tranſit ſperuitque periculum. Hoc ſignificat quod in hoc S. Apoſtolo perpendimus. Ante Chriſti mortem, tametſi paululum ſecurus conſtansque fuerit inter aquas populorum; attamen in horrenda illa paſſionis Chriſti tempeſtate, gradi incipiens inter gentes, Chriſtum à longè ſecutus, timuit, & non ad fluctum fortiorem, quàm eſſe poteſt ſimplex interrogatio eaque plana mulieris infirmæ, virorumque abjectiſſimorum, per hoc demergi incipit, & ad profunda tendit, negando, atq; in puritate deficiens veritatis fidei, quam ſeruare debuerat, nedum in corde, ſed etiam in lingua, vt magiſtro totius mundi conueniebat. Fidem non perdidit, ſed illa elanguit, ad intima ſe retrahens cordis, partes deſerens exteriores, in quibus erat oſtendenda, in ore ſcilicet & lingua, vt illi potuerit exprobari. *Modicæ fidei quare dubitaſti?* Paulatim ad ima tendebat manifeſto adeo periculo, vt neceſſariū fuerit Dominus manum ſuam omnipotentem extenderet, vt etiam fecit, diuinos ſuos ſuper eum oculos confirmans, quo illum à caſu incolumem erexit. Porro ſurrexit adeo conſtans & ſecurus, vt poſt Reſurrectionem Domini, ſupremo ſuo fungens officio, vndiſque ſe injiciens omnium nationum ita perambulare intrepidus, nihil titubans, inter gladios, ignes, gehennas, cruces, milites, Imperatores, Reges, Principes, totamque mundi potentiam. *Mors illi vltra non dominabitur.* Securus jam Petrus eſt ab errore, tutaque eſt ejus cathedræ fortitudo. Conſurgat in eum totum vniuerſum, aduerſus eum infernus omnia ſua dirigat ærea tormenta, fallaceſq; machinas, non enim illi dominabitur, nō eum euertet, non ſolo proſternet. *Non dominabitur.* Poterunt, concedo, eum oppugnare infideles, pagani, hæretici, omneſque tartari furiæ, corona cingere, & quidem cathedram ejus ad anguſtias redigere extremas, at præualere, nemo mihi perſuaſerit; *vltra non dominabitur.* Diuina pateat in illo virtus, & orationis Chriſti efficacia, rogauit etenim pro Petro, vt fides illius fortiùs ſtabiliretur, quo ſumus omnes ſecuri, & extra omnem ſuſpicionem, certi quod numquam deficiet.

*Ioan. 21. 7.*
Q. 72
V. Explicatur hoc Allegoricè.

Quandam objicit D. Chryſoſt. difficultatem. Quare Deus ſolertem videns diaboli diligentiam, quâ ſe muniebat Iob bellum illaturus, non hoc illi prius indicauerit, ac de periculo præmonuerit, vt ſibi ſapiens prudenſque proſpiceret; etenim vir de prælio præmunitus & præmonitus, duobus æquiualet; & contuens diligentiam, quâ ſe nocte paſſionis Dominicæ præparabat, vt Apoſtolos ferociter ille impugnaret, hos præmonuit, Petro coram omnibus dicens; vt ſibi conſulerent, cauerent ab inſidiis, contra diaboli tela ſe præmunirent? *Simon Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum; Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos.* Rationem hujus aſſignat D Chryſoſt. declarans hoc ceſſiſſe ad majorem Iob gloriæ cumulum; poſtmodum autem aliam adducit propoſito noſtro conuenientem,

*Hom. de patientia Iob.*
VI. Cur Iob non fuerit de tentatione præmonitus Apoſtoli autem fuerunt.
*Luc. 22. 31.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dicendo; quòd Iob per ſe ſolus, ſibique in acie decertaret, non verò ſuis ſucceſſoribus, & cum illo prœlium eius finiebatur: vnde non neceſſe erat illi quidquam dicere, à quibus de ſucceſſibus redderetur ſecurior, nec mundo, dicendo, quòd Deus in ſe ſuſciperet, ne Iob à diabolo ſuperaretur: verùm Apoſtoli, nominatim autem Petrus, fidem acceperant ſibi atq; vt eſſent eius in mundo doctores ac Magiſtri, atque in D. Petro fundaretur Cathedra perpetua & ſecura, quæ ad finem vſque firma perſeueraret & vt omnes eſſemus ſecuri, & in hoc omnis à nobis moueretur mali ſuſpicio, voluit vt omnes eius promiſſioné audiremus, illique conſtanter fideremus, quibus vtique cognita eſſet orationis Saluatoris efficacia, quæ in eo non deficeret, quod ipſe poſtulaſſet, *Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua*. Et ſi Petrum cadentem videamus ex infirmitate, nobis perſuadeamus, quòd conuerſus atque à caſu diuina reſurgens virtute, conſtans adeo futurus ſit & immobilis, vt confirmare poſſit firmoſque ſuſtentare omnes fratres ſuos fideles, ſine aliquo erroris lapſuſque periculo. Notaſti in hoc ſa[illegible] infirmitatis humanæ magnitudinem, quàm modicè tuis ſit fidendum viribus, animo & promiſſis. Attendiſti diuinæ miſericordiæ [illegible]nem, efficaciam & dignitatem gratiæ eius, qua confortatus S. hic Apoſtolus veram cœpit agere pœnitentiam. Ab illo diſcamus eam qui [illegible] ſuo didicit, quàm neceſſarium ſit diuinæ gratiæ ſubſidium, & quam debilia ſint eâ ſecluſa, propoſita noſtra noſtraque promiſſa, & quam turpes & infames lapſus in quos corruimus illa deficiente, Deoque ad momentum manum ſubtrahente miſericordiæ. Cognoſcamus in illo, quam efficaces ſint oculi Domini, eorumque [illegible] intuitus eumq; ſupplices deprecemur, vt ſit pro nobis interceſſor, vires eius auxilii nobis efficaces impetrans, manus ſuæ potentiſſimæ [illegible]neat auxilio, nos diuinorum ſuorum oculorum flexione muniat, cor noſtrum corroboret, [illegible] confortet deſideria, propoſita bona promoueat, luce denique diuinæ ſuæ gratiæ nos illuminet, quâ gloriam aſſequamur æternam. Amen.

# SVMMARIVM
## HOMILIÆ QVADRAG. QVARTÆ SEQVENTIS.

AGITVR de conuerſione boni Latronis, in qua ſe Christus Dominum omnium oſtendit adeo abſolutum, vt iniquas etiam peccatorum aſſumat negationes, & verſipelles ac maximè peruerſæ eorum ſeruiant ipſi machinationes. *a*. Tria Iudæi ſibi proponebant cum eo latrones crucifigendo: Primum; honorem maculare Saluatoris. *b*. Secundum: coram mundo iuſtificare ipſum quod illi ſupplicium inferebant. *c*. Tertium: illum acerbiùs, quàm hactenus, excruciare. *d*. Iiſdem illis vtitur cogitationibus contra Iudæos, de illis & diabolo triumphum agens, propriâ illos lanceâ confodiens. *e*. dæmoni latronem eripiens, eumque ſibi diſcipulum eligens, cum & ipſe illi Iudam diſcipulum ſuum eripuiſſet, & latronem effeciſſet. *f*. Hoc agens, vt cum latro confitetur, defectum ſuppleuit quem Petrus ter illum abnegando commiſerat. *g*. & efficit, vt illud ageret quod D. Petro commendauerat, *h*. diſcerneret, & diſcrimen exponeret quod erat inter Chriſti crucem & ſuam, ſuique collatronis. *i*. Ad ſui ſalutem Latro primum omnium pœnitentiam agit efficaciſſimam. *k*. pariter actus eliciens eminentiſſimæ fidei, ſpei ſecuriſſimæ, & feruentiſſimæ charitatis, quibus ſuam expoſuit petitionem, & libellum obtulit ſupplicem Chriſto Saluatori. *l*. Reſpondit illi Chriſtus, oſtendens ſe verum Deum, & gloriæ Dominum beneficium illi conferens vix vlli comparandum. *m*. quòd in momento temporis in vltima vitæ ſuæ periodo eſt conſecutus; porro eius tibi non valeat exemplum, quo pœnitentiam differas vſque in vitæ tuæ terminum: hic enim vnus fuit, nec ſecundum inuenies, vt notat D. Bernardus. *n*.

§. 1.